64/13

Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/b21976624

CAROLI A LINNÉ

SPECIES PLANTARUM

EXHIBENTES

PLANTAS RITE COGNITAS

AD

GENERA RELATAS

CUM

DIFFERENTIIS SPECIFICIS, NOMINIBUS TRIVIALIBUS
SYNONYMIS SELECTIS, LOCIS NATALIBUS

SECUNDUM

SYSTEMA SEXUALE

DIGESTAS.

EDITIO QUARTA, POST REICHARDIANAM QUINTA
ADJECTIS VEGETABILIBUS HUCUSQUE COGNITIS

CURANTE

CAROLO LUDOVICO WILLDENOW.

Tomus I.

BEROLINI.
IMPENSIS G. C. NAUK.
1797.

Zahllos iſt die Menge der blumentragenden Pflanzen,
Die am ſäugenden Buſen der all'ernährenden Mutter
Mit der obern Fläche der vielgebildeten Blätter
Trinken der Sonne Licht; den nächtlichen Thau mit der untern.
Von den beſchneiten Gebürgen der nördlichen langen Polarnacht,
Bis zur erdumgürtenden Zone des heiſsen Aequators
Iſt kein Raum ſo gering im weiten Gefilde der Schöpfung,
Keine der Alpen ſo ſteil, und keine der Steppen ſo ſandig,
Daſs ſie nicht nähre Geſchlechter der Pflanzen, der Lage geeignet.
Pflanzen überweben das Bett der Quellen und Ströme;
Andere nähret der Rhein, und andere der Orellana.
Selbſt in den finſtern Tiefen des erdumgürtenden Weltmeers,
Wo kein Orkan ſie empört, wohin kein Bley je hinabſank,
Scherzen in weiten Fluren, umwallt von ragenden Hainen
Seltſam-gebildeter Pflanzen, die Heerden der Amphitrite.

HERDER.

SPECIES PLANTARUM.

Tomus I. Pars I.

PRAEFATIO EDITORIS.

Editis Speciebus plantarum Celeberrimi *Reichardi* et Supplemento *Linnaei Filii*, numerus detectorum vegetabilium, multorum eorumque Clariſſimorum Virorum opera in immenſum fere accrevit, ut nova ſpecierum plantarum editio, in qua omnia, quae rite hactenus cognita ſunt enumerentur vegetabilia, plane deſideretur. Auctum quidem eſt Syſtema plantarum *Marrayi* et *Gmelini* labore; ſed ille ſolummodo Illuſtriſſimi *Jacquini*, *Thunbergii* et nonnulla ſibi nova viſa

vegetabilia aſſumſit; hic vero ſine ſale ita accumulavit omnia, ut nemo mortalium hac ex chaotica coacervatione vegetabilia Linnaeana a novis eligere valeat. Hinc timidus, viam ſub infelici ſidere jam ab aliis tentatam, ingreſſus ſum, ſed caute, tenuitatis virium haud immemor, ſingula exploravi, et omnia vegetabilia hucusque certis characteribus definita recenſui.

Me non fugit, opus haud perfectum fore, ſed quantum potui praeſtiti. Alma enim Natura, quoad varias formas, quas rebus indidit, inexhauſta, aſſiduam deſiderat contemplationem, mihi vero omnia vegetabilia luſtrandi, ipſisque oculis examinandi occaſio non erat. Aſſumſi ſolummodo vegetabilia a Botanicis certis definita, non pauca ob incertitudinem, nimis brevem definitionem et mancam deſcriptionem in operibus: *Walteri*, *Loureiri*, *Vandelli* aliorumque non indicavi, his tunc demum in ſyſtemate locum aſſignavi, auctorum vel icones, vel exſiccata eorum ſpecimina, cum deſcriptionibus comparandi occaſione ſe mihi offerente.

Bibliothecae noſtrae publicae ac privatae paucis operibus novis ad hiſtoriam naturalem ſpectantibus gaudent, hinc omnia nova opera, quantum potui, propriis ſumptibus emere coactus eram, inde non mirum mihi nonnullos libros nimis caros deeſſe.

Plantas Herbarii proprii, quas vel vivas (v.v.) vel ſiccas (v.ſ.) vel ſine flore vivas (v.v.ſ.fl.) vel ſine flore ſiccas (v. ſ. ſ. fl.) vel modo cum fructu ſiccas (v. ſ. c. fr.) vidi, adhibitis heic indicatis ſignis notavi, ut quisque videret, quaenam vegetabilia ex aliorum deſcriptionibus deſcripta aſſumſerim.

Nova plantarum genera et ſpecies, quarum mentionem non fecit *Linnaeus* in ſecunda editione ſpecierum plantarum, ſyſtematis vegetabilium editione XIII, Mantiſſis binis, et Supplemento, ſtellula (*) ante numerum generis et ſpeciei notavi. Clariſſ. *Murray* in ſua ſyſtematis editione XIV. nonnulla *Jacquini*, *Thunbergii* et propria vegetabilia, quin ſignis adhibitis ea diſtingueret, allegavit, et Botanici poſtea, quum errorem com-

miſiſſet, eum *Linnaeo* perperam attribuebant. Hoc adjecto ſigno curavi, ut poſteritas Linnaeana vegetabilia, ab aliis diſtinguere poſſet. Stellula poſt Synonymum, Auctorem citatum, fuſiorem habere deſcriptionem, indicat.

In ordine generum Illuſtriſſimum de Schreber ſecutus ſum, nonnulla vero genera, quorum ſpecies haud noram, omittere cogebar.

Nova mihi viſa vegetabilia proprii Herbarii, littera W nomine triviali ſubſequente inſignivi, et in deſcriptionibus a me factis eadem littera poſt has uſus ſum, more *Reichardi*, cujus R. quum quaedam adjecerat etiam adpoſui.

Cuilibet plantae nomen ſyſtematicum in vernacula lingua a me factum dedi, ut ſcientia botanica, amatoribus haud carens in Germania, iis magis arrideret, quibus nomina latina non placeant.

Vegetabilia nova, quae tempore, quo hanc editionem curo, vel evulgentur, vel ad me mittantur, concedente donatore, in appendice Tomi IV. indicabo.

Synonyma ſuperflua evitavi, ne opus in nimiam molam accreſceret, Plantarum numerus jam duplo major evaſit, hic modo neceſſaria mihi viſa indicare coactus eram, et Tomorum, quos *Reichardus* quatuor habet, quemlibet bipartivi.

Diagnoſes ſpecierum lege artis, poſtulante neceſſitate, emendavi, et verum inter ſpecies certas diſcrimen ſemper attendi.

Clariſſimorum Virorum, Amicorumque, qui Herbariolum meum plantis augere non deſiterunt, nomina, publicas iis gratias exhibiturus hic alligandi mihi occaſionem offerri, magnopere gaudeo. Sunt nimirum: *Buek*, *Ehrhart*, *Forſter*, *Günther*, *Hedwig*, *Hermes*, *Heyne*, *Humboldt*, *Hunnemann*, *Jacquin*, *Iſert*, *Klein*, *Moench*, *Panzer*, *Perſoon*, *Pohl*, *Reiner*, *Retzius*, *Roeſtel*, *Roth*, *Rottler*, *Rudolphi*, *Schleicher*, *Schmidt*, *Schrader*, *Smith*, *Starcke*, *Stephani*, *Swartz*, *Thunberg*, *Timm*, *Trattinnick*, *Uſteri*, *Vahl*, *Vieweg*, *Wyttenbach*, etc.

Criticos ſpurios, ſingula more Cranziano bile conſpurcantes, ne ſlocci quidem facio, mendarum vero emendationem ab arte peritis factam lubenter agnoſcam. Vale, Lector benevole, et donec fata praeſtare meliora concedant, his utere mecum.

C. L. WILLDENOW.

Dabam Berolini,
d. 17. Aprilis. 1797.

LECTORI AEQUO.

HOMO sui conscius observat MUNDUM, Omnipotentis theatrum, undique adornatum summis omniscíae Sapientiae miraculis, se vero in hunc tamquam Hospitem introductum, ut hisce deliciis sese delectando magnificentiam Domini agnoscat. Indignus profecto is censendus hospes, qui, pecoris instar, tantum gulae inservit, nec magnalia Possessoris intueri atque aestimare novit.

HOSPITES ut digni evadamus orbis, opera haec Creatoris scrutari nobis necesse est, quae ita cum nostris commodis combinavit summum Ens, ut eis, unde omnia nostra bona desumimus, carere nulla ratione queamus; et quo magis haec intelligimus, eo etiam plura in usum generis nostri humani cedunt.

COGNITIONEM horum ut rite acquiramus, singula distincta *Idea* et distincto *Nomine* complecti oportet, quibus sepositis copia rerum nos

obruat neceſſe eſt, et commercium omne deficiente communi lingua, ceſſabit.

SCIENTIA NATURAE inde inter Homines nata eſt, quae comprehendit ſub *Phyſica* et *Chemia* Elementa; *Zoologia*, *Botanica*, *Lithologia* tria Naturae regna.

REM HERBARIAM heic libare lubet, quae quondam paucarum plantarum erat Scientia; hodie vero copia detectorum evaſit omnium ampliſſima.

INVENTORUM recentioris aevi indefeſſis laboribus notitiam debemus plurium Plantarum, quam omnibus priſcorum temporum eruditis, inter quos imprimis nominandi: *Cluſius*, *Columna*, *Bauhini*, *Hermannus*, *Rheedé*, *Rumphius*, *Sloane*, *Sherardus*, *Rajus*, *Plukenetius*, *Tournefortius*, *Plumierus*, *Vaillantius*, *Dillenius*, *Gronovius*, *Royenus*, *Gmelinus*, *Millerus*, *Brownius*, *Jacquinus*.

NOTITIA plantarum conſtabat quondam Nominibus arbitrariis, *memoriae* tabulae infixis, quam vacillantem *Icones* ſublevabant.

SYSTEMATICORVM ſapientia indagavit ordinem, qui memoriae ſuccurreret, et ſcientiam ſolidis fundamentis inaedificaret, quem debemus Principibus viris *Geſnero*, *Caeſalpino*, *Bauhino*, *Moriſono*, *Hermanno*, *Tournefortio*, *Vaillantio*, *Dillenio*, aliisque.

ARIADNEVM hoc ſilum Syſtematicorum terminatur *Generibus*, quod tentavi ad *Species* usque extendere, confectis legitimis harum differentiis, ut etiam in hiſce ſua ſibi conſtaret certitudo, quum *omnis vera cognitio cognitione ſpe-*

cifica imitatur; hac enim deficiente vacillat et hiſtoria, ut in plerisque *Peregrinatorum* diariis.

SPECIES plantarum ut mihi familiares rederem peragravi Alpes *Lapponicas*, totam *Sueciam;* partem *Norvegiae*, *Daniae*, *Germaniae*, *Belgii*, *Angliae*, *Galliae;* perquiſivi deinde hortos botanicos: *Pariſinum*, *Oxonienſem*, *Chelſejanum*, *Hartecampenſem*, *Leidenſem*, *Ultrajectinum*, *Amſtelaedamenſem*, *Upſalienſem* aliosque; evolvi etiam Herbaria *Burſeri*; *Hermanni*, *Cliffortii*, *Burmanni*, *Oldenlandi*, *Gronovii*, *Royeni*, *Sloanei*, *Sherardi*, *Bobarti*, *Milleri*, *Tournefortii*, *Vaillantii*, *Juſſiaei*, *Suriani*, *Baeckii*, *Brownii*, etc. Meo ſuaſu diſcipuli quondam dilectiſſimi: *P. Kalmius* Canadam, *F. Haſſelquiſt* Aegyptum, *P. Oſbeck* Chinam, *Toren* Suratte, *Solander* Angliam, *Alſtroemer* Europam auſtralem, *Martin* Spitsbergam, *Pontin* Malabariam, *Kaehler* Italiam, *Forſkael* Orientem, *P. Loefling* Hiſpaniam, *Montin* Lapponiam adierunt, plantasque lectas mecum communicarunt. E variis terris demum miſere Amici botanici ſemina, plantasque ſiccas non paucas, ut *B. Juſſieu*, *Royenus*, *J. Geſnerus*, *Wachendorfius*, *Sibtorpius*, *Montius*, *Gleditſchius*, *Kraſcheninnikoffius*, *Minuartius*, *Velezius*, *Kleinhoff*, *Ortega*, *Ellis*, *Seguier*, *Allionius*, *Zinnius*, *Gouanus*, *Gerardus*, nec non *O. Münchhauſen*, *L. B*; *S. C. Bielke*, *L. B*; *J. Rathgeb*, *Equ*; *Demidoff*, *Nob*; *Gollinſon*; *Braad*, aliique. *Clifford* omnes, quas in duplo habuit; *Lagerſtroem* Indiae orientalis plurimas; *Gronovius* plerasque Virginicas; *Gmelinus* Sibiricas facile omnes; *Burmannus* praeter plurimas proprias et intuendas miſit capenſes *Oldenlandi*; at *Sauvageſius* integrum ſuum theſaurum plantarum dedit, exemplo raro et inau-

dito, unde factum, ut copiam plantarum obtinuerim non mediocrem.

DIFFERENTIAS Specificas antehac Plantis non paucis impoſui in Flora *Lapponica*, *Suecica* *Zeylanica;* in horto *Cliffortiano*, *Upſalienſi.* Iisdem principiis inſtitere praeſtantiſſimi Botanici *Gronovius*, *Royenus*, *Wachendorff*, *Gorter*, *Jacquin*, *Colden*, *Hill*, *Hudſon*, *Gouan*, *Dalibard*, *Kramer*, *Leyſser*, *Meeſe*, *Lee*, *Le Monier*, *Guettard*, *Sauvages*, inque non paucis *Hallerus*, *Gmelinus*, *Allionius*, *Seguier*, *Scopoli*, *Gerard*, *Burmannus*, aliique, quorum opera plurimae Species evaſere ratae et evidentes.

NOMINA haec, paſſim diſperſa, in gratiam ſtudioſorum conſultum duxi colligere, acquiſitas dein plantas addere, inque unum Syſtema reducere; at vero pluribus *Speciebus* observatis, praeſtantioribus notis detectis, aptioribus Terminis cuſis, debui interdum differentias emendare, antea quamvis optimas.

Characteres eſſentiales pro NOMINE SPECIFICO conſtituere non levidenſe opus eſt; requirit enim *Specierum* plurium accuratam collationem, harum atténtiſſimam *partium* indagationem, *differentium* ſelectionem, *Terminorum* denique artis propriam applicationem, ut evadant compendioſiſſimi tutiſſimique.

NON VISAS plantas heic omiſi, toties eluſus ab auctoribus, ne dubia certiſſimis miſcerem; ſi vero aliquando contigerit non ſufficienter inſpexiſſe plantam, vel ſpecimen imperfectum obtinuiſſe, ſigno + hoc notavi, ut alii eandem accuratius examinent.

NVMERVM plantarum totius orbis longe parciorem esse, quam vulgo creditur, satis certo calculo intellexi, utpote qui vix 10000 attingat.

TRIVIALIA nomina in margine apposui, ut missis ambagibus, uno quamlibet Herbam nomine complecti queamus; haec vero absque selectu posui, quippe quem alius dies poscit. Caveant autem quam sanctissime omnes sani Botanici, unquam proponere nomen triviale sine sufficienti differentia specifica, ne ruat in pristinam barbariem scientia. Mutatio horum, licet in melius, plus nocet quam proderit.

SYNONYMA pauciſſima in EVROPAEIS plantis adhibui, contentus *C. Bauhino* et *Iconographo* praestantiore; in EXOTICIS vero plura, quum difficiliora minusque trita sint.

DESCRIPTIONES (*) tantum in obscuris adhibere necessum fuit, easque sine ambagibus, ut obtinerem compendium tironibus gratum.

LOCA natalia more meo adjeci, inque notissimis *Fruticantes* ♄, *Perennes* 4, *Biennes* ♂, *Annuas* ☉ notavi.

GENERA nonnulla *nova*, nonnulla *immutata* adhibui; quae in nova editione generum plantarum propediem sistere animus est.

ADVERSARIORVM tela nunquam retorsi, acerrima convitia, insimulationes, cavillationes, buccinationes (praestantiorum longe Virorum, omni aevo, laboris praemia) tranquillo animo sustinui; nec suis auctoribus haec invideo, si inde ipsis apud vulgus gloria major. Fero haec, quae in me ne capillum quidem mutant, et cur non ferrem iniquos, qui a veris Botanicis et qui-

dem conſummatiſſimis, quibus aſſurgere debent illi, ſummis cumulatus ſim encomiis. Parem deinde adverſariis referre gratiam, nec anni ingraveſcentes, nec munus, quo fungor, nec mei mores patiuntur. Quod mihi ſupereſt brevioris aevi, tranquillus utilioribus obſervationibus impendam. Res naturales enim proprio privilegio munitae perſiſtunt, ut quemadmodum errores in his commiſſi a nullo defendi, ita nec veritates obſervationibus innixae a toto eruditorum orbe conculcari poſſunt; judices itaque provoco ſeros Nepotes.

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit,
Tum ſuus ex merito quemque tuetur honos.

Dabam 1762. d. 1. Septembris. Upſaliae.

CAROLVS LINNAEVS.

AUCTORES.

* REFORMATORES.

PROPRIA	Philosophia	Botanica.	*Holmiae.* 1751. *oct.*
	Critica	Botanica.	*Lugdb.* 1737. *oct.*
	Classes	Plantarum.	*Lugdb.* 1738. *oct.*
	Systema	Naturae. II.	*Holmiae.* 1759. *oct.*
	Genera	Plantarum.	*Holmiae.* 1754. *oct.*
	Species	Plantarum.	*Holmiae.* 1753. *oct.*
	Hortus	Cliffortianus.	*Amstel.* 1737. *fol.*
	Hortus	Upsalienſis.	*Holmiae.* 1748. *oct.*
	Flora	Lapponica.	*Amstel.* 1738. *oct.*
	Flora	Suecica.	*Holmiae.* 1755. *oct.*
	Flora	Zeylanica.	*Holmiae.* 1747. *oct.*
	Materia	Medica.	*Holmiae.* 1749. *oct.*
	Amoenitates	Academic. I.	*Holmiae.* 1749. *oct.*
	Amoenitates	Academ. II.	*Holmiae.* 1751. *oct.*
	Amoenitates	Academ. III.	*Holmiae.* 1756. *oct.*
	Amoenitates	Academ. IV.	*Holmiae.* 1759. *oct.*
	Amoenitates	Academ. V.	*Holmiae.* 1760. *oct.*
	Amoenitates	Academ. VI.	*Holmiae. inedit. oct.*
	Iter	Oelandicum.	*Holmiae.* 1745. *oct.*
	Iter	Gotlandic.	*Holmiae. cum priore.*
	Iter	Weſtrogoth.	*Holmiae.* 1747. *oct.*
	Iter	Scanicum.	*Holmiae.* 1751. *oct.*

* *

KALM. P.	Iter American.	*Holmiae.* 1753. *oct. vol.* 3.
OSBECK. P.	Iter Ind. orient.	*Holmiae.* 1757. *oct.*
TOREN. O.	Iter Surattenſe.	*Holmiae. cum priore.*
HASSELQUIST. F.	Iter Palaeſtinum.	*Holmiae.* 1757. *oct.*
LOEFLING. P.	Iter Hiſpanicum.	*Holmiae.* 1758. *oct.*

* * *

JACQUIN. N.	Enum. plantar.	*Lugdbat.* 1760. *oct.*
BROWN.	Hiſt. nat. lamaicae.	*London.* 1756. *fol.*
COLDEN. C.	Plant. Coldingh.	*Act. Vpſ.* 1743. *quart.*
GRONOVIUS. J. F.	Flora Virginica.	*Leydae.* 1739. *oct. vol.* 2.
	Flora Orientalis.	*Leydae.* 1755. *oct.*
GORTER. D.	Flora Geldrica.	*Harder.* 1755. *oct. vol.* 2.
	Flora Ingrica.	*Petrop.* 1761. *oct.*
MEESE. D.	Flora Friſica.	*Franecq.* 1760. *oct.*
HILL. I.	Flora Britannica.	*London.* 1760. *oct.*
HUDSON.	Flora Anglica.	*London.* 1762. *oct.*

DALIBARD.	Flora Pariſienſis.	*Pariſiis.* 1749. *duod.*
GOUAN.	Flora Monſpel.	*Monſp.* 1762. *oct.*
KRAMER.	Flora Auſtriaca.	*Wien.* 1756. *oct.*
IAQUIN. N.	Flora Vindelic.	*Wien.* 1762. *oct.*
LEYSSER. F. W.	Flora Halenſis.	*Halae.* 1761. *oct.*
LEE. I.	Introduct. in Botan.	*London.* 1760. *oct.*
MILLER. PH.	Dictionar. Hortulan.	*London.* 1760. *fol.*
ROYEN. A.	Flora Leydenſis.	*Lugdb.* 1740. *oct.*
WACHENDORFF.	Hort. Ultraject.	*Traject.* 1747. *oct.*
SAUVAGES. F.	Flora Monſpel.	*Hagae.* 1751. *oct.*
GERARD. L. C.	Flora Galloprov.	*Pariſiis.* 1761. *oct.*
GUETTARD.	Obſervat. plantar.	*Pariſ.* 1747. *oct. v.* 2.
MONIER. L. G.	Cat. plant. Aluern.	*Pariſiis.* 1745. *quart.*
HALLER. A.	Stirpes Helveticae.	*Goetcing.* 1742. *fol.*
	Hortus Goetting.	*Goetting.* 1749. *oct.*
	Opuſc. Botanica.	*Goetting.* 1753. *oct.*
ZINN. I. G.	Hortus Goetting.	*Goetting.* 1757. *oct.*
GMELIN. I. G.	Flora Sibirica.	*Petropol.* 1750. *q. v.* 2.
SEGUIER. I. F.	Plantae Veronenſ.	*Veronae.* 1745. *oct. v.* 3.
ALLIONIUS.	Stirpes Pedem.	*Taurin.* 1755. *quart.*
	Stirpes Nicaeenſes.	*Paris.* 1757. *oct.*
	Hortus Taurinenſ.	- - - - - *oct.*
SCOPOLI. I.	Flora Carniolica.	*Wien.* 1760. *oct.*
BÜTTNER. D. C.	Planta Cunonis.	*Amſtel.* 1750. *oct.*
MARTYN. I.	Decades rarior.	*London.* 1628. *fol.*
EHRET.	Icones pl. ſelect.	*London.* *fol.*
TREW.	Tabul. Ehretii.	*Noriberg.* 1750. *fol.*
OEDER.	Flora Danica.	*Haſſniae.* 1761. *fol.*
MILLER. Ph.	Icones ad Dict.	*London.* *fol.*
PLUMIER. C.	Icones per Burman.	*Amſtelod.* 1755. *fol.*

** RESTAVRATORES.

MORISON. R.	Hiſtor. plantarum.	*Oxon.* 1680. *fol. v.* 2.
	Hortus Bleſenſis.	*London.* 1669. *oct.*
RAIUS. I.	Hiſtor. plantar.	*London.* 1686. *fol. v.* 3.
	Synopſ. Anglica.	*London.* 1724. *oct.*
HERMANNUS. P.	Hortus Lugdbat.	*Lugdb.* 1687. *oct.*
	Paradiſ. Batavus.	*Lugdb.* 1688. *quart.*
TOURNEFORT. I.	Inſtitut. Herbariae.	*Pariſiis.* 1719. *quart.*
	Corollarium.	*Pariſiis. conjunctim.*

PLUMIER. C.	Genera pl. Amer.	*Pariſiis.* 1703. *quart.*
	Species pl. Amer.	*Pariſiis, cum priore.*
	Plantae Americ.	*Pariſiis.* 1693. *folio.*
	Filices Americ.	*Pariſiis.* 1705. *folio.*
VAILLANT.	Flores compoſ.	*Act. Par.* 1718. *etc.*
	Botan. Pariſienſ.	*Paris.* 1747. *fol.*
FEWILL. N.	Iourn. de Peru.	*Paris.* 1714. *qu. v.* 2.
BOERHAAVE.	Hortus. Lugdb. bat.	*Lugdb.* 1720. *q. v.* 2.
BURMANNUS. L.	Theſaurus Zeylan.	*Amſtel.* 1737. *quart.*
	Decades African.	*Amſtel.* 1738. *q.*
N. L.	Gerania diſſ. acad.	*Lugdb.* 1759. *quart.*
DILLENIUS.	Hortus Eltham.	*London.* 1732. *quart.*
	Hiſtor. Muſcor.	*Oxonii.* 1741. *quart.*
AMMANUS. I.	Stirpes rariores.	*Petrop.* 1739. *quart.*
VOLCKAMER. I. G.	Flora Norib.	*Norib.* 1700. *quart.*
SCHEUCHZER. I.	Hiſtor. Agroſt.	*Tiguri.* 1719. *quart.*
	Itinera alpina.	*Tiguri.* 1702. *quart.*
MONTI. I.	Prodr. Gramin.	*Bonon.* 1719. *quart.*
MICHELI. I.	Gener. nova.	*Florent.* 1729. *quart.*
TILLI.	Hortus. Piſanus.	*Florent.* 1723. *folio.*
BUXBAUM.	Centur. rarior.	*Petropol.* 1728. *oct.*

*** FVNDATORES.

PLUEKNET.	Almag. Botanic.	*London.* 1696. *quart.*
	Mant. Almag.	*London.* 1700. *quart.*
	Amalt. Botanic.	*London.* 1705. *quart.*
	Phytographia.	*London.* 1690. *quart.*
PETIVER.	Gazoph. naturae.	*London.* 1702. *fol.*
SLOANE.	Cat. pl. Iamaic.	*London.* 1696. *oct.*
	Hiſt. pl. Iamaic.	*London.* 1707. *f.* 2. *v.* 2.
CATESBY.	Hiſt. nat. Carol.	*London.* 1754. *fol. v.* $2\frac{1}{2}$.
RHEEDE.	Hortus Malabar.	*Amſtel.* 1678. *fol. v.* 12.
RUMPHIUS.	Herbar. Amboin.	*Amſtel.* 1740. *fol. v.* $6\frac{1}{2}$.
COMMELINI.	Hortus Amſtel.	*Amſtel.* 1697. *fol. v.* 2.
	Plantae rariores.	*Lugdb.* 1706. *quart.*
	Praelect. Botanic.	*Lugdb.* 1703. *quart.*
BREYNIUS. I.	Centur. Plantar.	*Gedan.* 1678. *fol.*
	Prodr. per ſilium.	*Gedan.* 1739. *quart.*
KAEMPFERUS.	Amoen. exoticae.	*Lemgo.* 1712. *quart.*
DODART.	Memor. de plant.	*Pariſ.* 1676. *fol.*

MAGNOL. P.	Botanic. Monſp.	*Monſp.* 1686. *oct.*
BARRELIER. I.	Icones,	*Pariſiis.* 1714. *fol.*
BOCCO. P.	Muſeum,	*Venet.* 1697. *quart.*
	Plantae Siculae.	*Oxon.* 1674. *quart.*
ALPINUS.	Exoticae, plantae.	*Venet.* 1627. *quart.*
LOESELIUS.	Flora Pruſſic.	*Regio.* 1703. *quart.*
RENEALME.	Specim. plantar.	*Pariſ.* 1611. *quart.*
CORNUTI. I.	Canad. plantae.	*Pariſ.* 1635. *quart.*
MARCGRAVE. I.	Hiſt. nat. Braſil.	*Lugdb.* 1648. *fol.*
PISO. G.	Hiſt. nat. Braſil.	*Amſtel.* 1658. *fol.*
BAUHINUS. C.	Pinax Theatr.	*Baſil.* 1671. *quart.*
	Prodr. Theatr.	*Baſil.* 1671. *quart.*
	Theatr. Botanic.	*Baſil.* 1658. *fol.*
BAUHINUS. I.	Hiſtor. Plantar.	*Ebrod.* 1650. *fol. vol.* 3.
COLUMNA.	Ecphraſis.	*Romae.* 1616. *quart. v.* 3.
	Phytobaſanos.	*Flor.* 1744. *quart.*
CLUSIUS. C.	Hiſtor. rarior.	*Antw.* 1601. *fol.*
	Exotica.	*Antw.* 1605. *fol.*
DODONAEUS.	Pempt. ſtirpium.	*Antw.* 1616. *fol.*
LOBELIUS.	Icones.	*Antw.* 1591. *quart.*
FUCHSIUS.	Hiſtoria ſtirpium.	*Baſel.* 1542. *fol.*
GESNERUS.	Hiſtoria plantar.	*Norib.* 1759. *fol.*
CAMERARIUS. I.	Epitome Matth.	*Francf.* 1586. *quart.*
	Hortus Medic.	*Francf.* 1588. *quart.*
TABERNAEM.	Hiſtor. plantar.	*Baſel.* 1664. *folio.*
DALECHAMP.	Hiſtor. plantar.	*Lugdb.* 1587. *fol.*

Auctores in hac editione citati.

Act. Acad. N. C. Nova Acta Academiae Naturae Curiof. Tom. I. — VI. Norimb. 1757 — 1778. in 4.

Act. helv. Acta helvetica phyf. mathem. bot. med. Vol. I — VIII. Baſileae 1751 — 1777. in 4.

Act. holm. Abhandlungen der Königl. ſchwed. Academie der Wiſſenſchaften. Tom. 1 — 41. Lipſ. 1749 — 81. in 8.

Act. holm. nov. Neue Abhandlungen der Königl. ſchwed. Academie der Wiſſenſchaften. Tom. 1 — 12. Lipſ. 1784 — 1792. in 8.

Act. lond. Philoſophical Transactions of the Royal Society of London. London. 1665. ſeq. in 4.

Act. lund. Phyſiographiſka Saelskapets Handlingar. Stockholm 1776. ſeq. in 8.

Act. palat. Hiſtoria et Commentationes Academiae Elect. Scient. Theodoro-Palatinae. Vol. I — III. Manheimii 1766 — 75. in 4.

Act. petrop. Novi Commentarii Acad. Scient. imp. Petropol. T. XV. Petrop. 1771. in 4.

Act. Soc. Hiſt. Nat. Haf. Skrivter af Naturhiſtorie-Selſkabet. Tom. I — III. Hafniae 1790 — 1794. in 4.

Act. Soc. Lin. Lond. Transactions of the Linnean Society. Tom. I. II. Lond. 1791 et 1794. in 4.

Act. upſ. Nova Acta reg. Soc. Scient. Upſalienſ. Vol. I. II. Upſaliae 1773 et 1777. in 4.

Aiton. Kewenſ. Hortus Kewenſis or a Catalogue of the plants cultivated in the Royal Botanic Garden at Kew, by William Aiton. Vol. III. Lond. 1789. in 8.

Allion. pedem. Flora Pedemontana, Auctore Carol. Allionio. Tomi III. Auguſtae Taurinorum 1785. in Fol.

Amoen. acad. C. Linnaei Amoenitates academicae. Vol. I — IX. Lugdb. 1749 — 1785. in 8.

Aſſo. ſynop. Synopſis Stirpium indigenarum Arragoniae. Marſiliae 1779. in 4.

Aubl. gujan. Fuſée Aublet. Hiſtoire des plantes de la Gujane Françoiſe. Tomi IV. Lond. et Pariſ. 1775. in 4.

Banks reliq. houſt. Joſephi Banks Reliquiae Houſtonianae. Lond. 1781. in 4.

Bartram. itin. William Bartram's Reiſen durch Nord- und Süd-Carolina, aus dem Engliſchen von E. A. W. Zimmermann. Berol. 1793. in 8.

Batſch. elench. Elenchus fungorum conſcrip. Ang. Joh. Georg. Carol. Batſch. Tom. I — III. Halae 1783 — 1789. in 4.

Berg. cap. Petr. Jon. Bergii deſcript. plantar. ex Capite bonae ſpei. Stockholm 1767. in 8.

Billard. ic. pl. ſyr. Icones plantarum Syriae rariorum deſcriptionibus ac obſervationibus illuſtratae Auctore Jácob. Jul. la Billardiere. Faſc. I. II. Pariſiis 1791. in 4.

Blackw. Herbarium Blackwellianum emendatum et auctum cum praefat. D. Chr. J. Trew. Cent. I — VI. Norimb. 1750 — 1772. in Fol.

Bolton fung. An Hiſtory of Funguſſes growing about Halifax by

James Bolton. Vol. I — IV. Huddersfield 1788 — 1791. in 4.

Bolt. fung. ed. germ. Jacob Boltons Geſchichte der merkwürdigſten Piltze, aus dem Engliſchen mit Anmerkungen von C. L. Willdenow. 1. 2. Theil. 1794. 1797. in 8.

Bot. Mag. Magazin für die Botanik, herausgegeben von J. J. Roemer und Paul Uſteri. 1 — 4 Band. Zürch. 1787 — 1790. in 8.

Bruce itin. J. Bruce Esq. Travels to diſcover the ſource of the Nile. Vol. V. Edinburgh. 1790. in 4.

Bruce it. ed. germ. Reiſen zur Entdeckung der Quellen des Nils von James Bruce von Kinnard. Esq. ins Teutſche überſetzt von J. J. Volkmann. 1 — 5 Bd. Leipzig 1790. 1791. in 8.

Bryant. Lycop. An hiſtorical Accout of two ſpecies of Lycoperdon. by C. Bryant. Lond. in 8.

Cavan. diſſ. Monadelphiae claſſis diſſertationes decem Auctore Ant. Joſ. Cavanilles. Matriti 1790. in 4.

Cavan. icon. Ejusdem Icones et deſcriptiones plantarum quae aut ſponte in Hiſpania creſcunt aut in hortis hoſpitantur. Vol. I — III. Matriti 1791 — 1796. in Fol.

Collect. haf. Collectanea Societ. reg. Havnienſ. Vol. I. II. Haſniae 1773. 1775. in 8.

Comment. goett. Novi Comment. Soc. reg. goett. Tom. I — IX. Goetting. 1771 — 1789. in 4.

Cothen. diſpoſ. Ch. And. Cothenii diſpoſitio vegetabilium methodica a ſtaminum numero deſumta. Berol. 1790. in 8.

Crantz. auſtr. Henr. J. Nepom. Crantz. Stirpium auſtriac. Pars I. II. Viennae 1769. in 4.

Crantz. de Dracon. Ejusdem de duabus Draconis arboribus Botanicorum. Viennae 1768. in 4.

Curt. lond. Number I — LX. of the Flora Londin with their deſcriptions by William Curtis. Lond. 1776. ſeq. Fol.

Curt. magaz. Ejusdem The Botanical magazine. Lond. 1787. ſeq. in 8.

Dahl. obſ. Obſervationes botanicae circa Syſtema vegetabilium divi a Linné Goettingae 1784 editum. Auctore And. Dahl. Havniae 1787. in 8.

Dickſ. crypt. Jacob Dickſon faſciculus plantarum cryptogamicarum Britanniae. Faſc. I — III. Lond. 1785. ſeq. in 4.

Doerr. naſſ. Verzeichniſs und Beſchreibung der ſämtlichen in Fürſtl. Oranien - Naſſauiſchen Landen wild wachſenden Gewächſen, von Catharina Helena Doerrien. Herborn 1777. in 8.

Donn. Cat. hort. Camb. Hortus cantabrigenſis or a catalogue of plants cultivated in the Walkerian Botanic Garden Cambridge, by James Donn, Curator. Cambridge 1796. in 8.

Ehrh. Beitr. Beiträge zur Naturkunde und den damit verwandten Wiſſenſchaften von Fried. Ehrhart. 1 — 7. Bd. Hannover 1787 — 1792. in 8.

Etling. Salvia. De Salvia diſſert. inaugural. auctore And. Erneſt. Etlinger. Erlang. 1777. in 4.

Fabric. helmſt. D. Phil. Conr. Fabricii enumer. method. plant. hort. med. Helmſtadienſis. Ed. 3. auctior. Helmſtad. 1776. in 8.

Forſk. deſcript. Flora aegyptiaco-arabica ſive deſcriptiones plantarum quas per Aegyptum inferiorem et Arabiam felicem detexit illuſtravit Petr. Forſkael. Havniae 1775. in 4.

Forſk. ic. Icones rerum naturalium quas in itinere orientali depingi curavit P. Forſkael. Havn. 1776. in 4.

Forſt. gen. Joh. Reinh. Forſter Characteres generum plantarum, quas in itinere ad inſulas maris auſtralis collegit. Lond. 1776. in 4.

Forſt. eſcul. Georg. Forſter Plantae eſculentae inſularum oceani auſtral. Halae 1786. in 8.

Forſt. prod. Ejusdem Florulae inſularum auſtralium prodromus. Goetting. 1786. in 8.

Froelich. gent. De Gentiana diſſertatio auctore Joh. Aloyſ. Froelich. Erlang. 1796. in 8.

Gaert. ſem. Joſeph. Gaertner de fructibus et ſeminibus plantarum. Vol. I. II. Stutgardiae 1788. 1791. in 4.

Garid. prov. Hiſtoire des plantes qui naiſſent en Provence, et principalement aux environs d'Aix par Mr. Garidel. Paris 1719. in Fol.

Georgi it. J. G. Georgi Bemerkungen auf einer Reiſe durch Ruſsland. Vol. I. II. Petersb. 1775. in 4.

Geuns. ſpicil. Plantarum Belgii confoederati indigenarum ſpicilegium Auctore Stephano Joan. van Geuns. Hardervici 1788. in 8.

Gieſek. icon. Icones plantarum ediderunt P. D. Gieſeke et J. Dom. Schulze. Faſc. 1. Hamb. 1777. in Fol.

Glox. obſ. bot. Obſervationes botanicae a Benjam. Petr. Gloxin. Argentor. 1785. in 4.

Gmel. fuc. Sam. Gottlib. Gmelin Hiſtoria fucorum. Petrop. 1768. in 4.

Gmel. itin. Ejusdem Reiſe durch Ruſsland. Vol. I. III. Petersb. 1774. in 4.

Gmel. ſib. J. G. Gmelin Flora ſibirica, Tomi IV. Petrop. 1747 — 1769. in 4.

Gmel. ſyſt. veg. C. a Linné Syſtema Naturae, Tomus II. cura Jo. Fried. Gmel. Lipſ. 1791. in 8.

Gmel. tub. Enumeratio ſtirpium agro Tubingenſi indigenarum Auct. J. F. Gmelin. Tubingae 1772. in 8.

Gouan. hort. Ant. Gouan. hortus regius monſpelienſis. Lugduni 1762. in 8.

Gouan. illuſt. Ejusdem Illuſtrationes et obſervationes botanicae. Tiguri 1773. in Fol.

Gunn. norv. J. Ern. Gunnerus Flora norvegica. Pars I. II. Nidroſiae 1766. 1772. in Fol.

Hablizl. taur. Phyſicaliſche Beſchreibung der Tauriſchen Statthalterſchaft nach ihrer Lage und allen drey

Naturreichen, aus dem Ruſſiſchen überſetzt von L. Gockenberger. Hannover 1789. in 8.

Hacquet pl. alp. Plantae alpinae carnioticae collegit et deſcripſit Balth. Hacquet. Viennae 1782. in 4.

Haenke ſudet. Beobachtungen auf Reiſen nach dem Rieſengebirge, von Joh. Iraſak, Abbé Gruber, Thaddaeus Haenke, Franz Gerſtner, veranſtaltet und herausgegeben von der Königl. Böhm. Geſellſchaft der Wiſſenſchaft. Dresden 1791. in 4.

Hagen lichen. Carol. Godofredi Hagen Tentamen hiſtoriae Lichenum et praeſertim Pruſſicorum. Regimonti 1781. in 8.

Hall. helv. Alb. ab Haller Hiſtoria Stirpium indigenarum Helvetiae. Tomi III. Berane. 1768. Fol.

Hedw. deſcript. Joan. Hedwigii Deſcriptio et Adumbratio muſcorum frondoſorum. Tom. I — III. Lipſ. 1787 — 1795 fol.

Hedw. fund. Ejusdem fundamentum hiſtoriae naturalis muſcorum frondoſorum. Part. II. Lipſ. 1782. in 4.

Hedw. theor. Ejusdem Theoria generationis et fructificationis plantarum cryptogamicarum. Petrop. 1784. in 4.

Hellen. Hippophaë. Diſſert. academ. de Hippophaë praeſide Carol. Nic. Hellenio reſp. Petr. Sternberg. Aboae 1789. in 4.

l'Herit. corn. Carol. Lud. l'Heritier Dom. de Brutelle Cornus. Pariſiis 1788. in Fol.

l'Herit. Geran. Ejusdem Geraniologia. Pariſ. 1787 — 1788. Fol.

l'Herit. Buchozia. Ejusdem Monographia de Buchozia. Pariſ. Fol. c. icon.

l'Herit. Hymenop. Ejusdem Monographia de Hymenopappo. Pariſ. Fol. c. icon.

l'Herit. Michauxia. Ejusdem Monographia de Michauxia. Pariſ. Fol. c. icon.

l'Herit. Oxybaphus. Ejusdem Monographia de Oxybapho. Pariſ. Fol. c. icon.

l'Herit. Tricrat. Ejusdem Monographia de Tricrato. Pariſ. Fol. c. icon.

l'Herit. Virgilia. Ejusdem Monographia de Virgilia. Pariſ. Fol. c. icon.

l'Herit. ſert. angl. Ejusdem Sertum anglicum. Pariſ. 1788. Fol.

l'Herit. ſtirp. Ejusdem Stirpes novae. Faſc. I — VI. Pariſ. 1784. 1785. Fol.

Hoffm. enum. Enumeratio Lichenum iconibus et deſcriptionibus illuſt. a Georg. Franc. Hoffmann. Erlang. 1784. in 4.

Hoffm. germ. Ejusdem Deutſchlands Flora oder botaniſches Taſchenbuch für das Jahr 1791. in 8. min.

Hoffm. lichen. Ejusdem Deſcriptio et adumbratio Plantarum e claſſe cryptogamica Linnaei, quas Lichenes dicuntur. Vol. I. II. Lipſ. 1790 — 1794. Fol.

Hoffm. obſ. bot. Ejusdem Obſervationes botanicae. Erlang. 1787. in 4.

Hoffm. ſalic. Ejusdem Hiſtoria ſalicum iconibus illuſtrata. Vol. I. Lipſ. 1787. Fol.

Hoffm. veg. crypt. Ejusdem Vegetabilia cryptogama. Faſc. I. II. Erlang. 1787 — 1790. in 4.

Hoffm. nomencl. Ejusdem Nomenclator fungorun. Pars I. Berol. 1789. in 8.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. Des Ritters C. von Linné vollſtändiges Pflanzenſyſtem, nach der Anleitung des Houttuynſchen Werks überſetzt, 1 — 14. Theil. Nürnberg 1777 — 1788. in 8.

Humboldt frieb. Florae fribergenſis ſpecimen edidit Frid. Alex. ab Humboldt. Berol. 1793. in 4.

Jacq. amer. N. J. Jacquin ſelectarum ſtirpium americanarum hiſtoria. Viennae 1763. in fol.

Jacq. auſtr. Ejusdem flora auſtriaca. Cent. I — V. Viennae 1773 — 1778. in fol.

Jacq. Collect. Ejusdem Collectanea ad Botanicam, Chemiam et Hiſtoriam naturalem ſpectantia. Vol. I — IV. Vindob. 1786 — 1790. in 4.

Jacq. Collect. ſuppl. Ejusdem Collectaneorum Supplementum. Vindob. 1796. in 4.

Jacq. ic. rar. Ejusdem Icones plantarum rariorum, Tom. I — III. Vindob. 1781 — 1793. fol.

Jacq. hort. Ejusdem Hortus botanicus Vindobonenſis. Tom. I — III. Vindob. 1770 — 1776. fol.

Jacq. miſcell. Ejusdem Miſcellanea auſtriaca ad Botaniam, Chemiam et Hiſtoriam naturalem ſpectantia. Vol. I. II. Vindob. 1778 — 1781. in 4.

Jacq. obſ. bot. Ejusdem Obſervationum botanicarum Partes IV. Vindob. 1764 — 1771. fol.

Junghans ic. rar. Philipp. Caſp. Junghans Icones plantarum ad vitam impreſſae. Cent. 1. faſc. 1 — 6. Halae 1787. fol.

Juſs. gen. ed. Uſteri. Ant. Laur. de Juſſieu Genera plantarum ſecundum ordines naturales diſpoſita, recudi curavit notisque auxit Paulus Uſteri. Turici. 1791. in 8.

Kniph. Cent. Botanicon in originali. Auct. Kniphof. Cent. I — XII. Halae. fol.

Knorr. del. hort. G. W. Knorr. Theſaurus rei herbariae hortenſisque univerſalis. Pars I. II. Norimb. 1772. fol.

Koelle aconit. Spicilegium obſervationum de Aconito. Auctore J. L. C. Koelle. Erlangae 1787. in 8.

Krock. ſileſ. Ant. J. Krocker Flora ſileſiaca. Vol. I, II. Vratislaviae 1787. 1790. in 8.

Lamarck. encycl. Encyclopédie methodique: Botanique, par M. le Chevalier de Lamarck. Vol. I — III. Padoue 1784 — 1790. in 4.

Leers. herb. J. Dan. Leers Flora Herbornenſis. Herbornae 1775. in 8.

Lepech. it. Iwan Lepechin Tagebuch der Reiſe durch verſchiedene Provinzen des ruſſiſchen Reichs. Aus dem Ruſſiſchen überſetzt von M. Ch. Hein. Hafs. Par. I. II. Altenburg 1774. 1775. in 4.

Leyſſ. hal. Friedr. Wilh. a Leyſſer Flora Halenſis Editio altera aucta et reformata. Halae 1783. in 8.

Liebl. fuld. Flora fuldenſis oder Verzeichniſs der in dem Fürſtenthume Fulda wildwachſenden Bäume, Sträucher und Pflanzen, von Franz. Kaspar Lieblein. Frankf. a. M. 1784. in 8.

Lin. gen. ed. Schreb. C. a Linné Genera plantarum editio octava, curante Joh. Chriſt. Dan. Schreber. Erlang. Vol. I, II. 1789. 1791. in 8.

Lin. mat. med. Ejusdem Materia medica editio J. C. D. Schreber. Lipſ. et Erlang. 1772. in 8.

Lin. muſ. Ejusdem Muſa cliffortiana ſlorens Hartecampii 1736. prope Harlemum. Lugdb. 1736. in 4.

Lin. lavand. Carol. a Lin. Diſſertatio de Lavandula. Upſal. 1780. in 4.

Lin. meth. muſc. Ejusdem Diſſertatio. Methodus muſcorum illuſtrata. Upſal. 1781. in 4.

Lin. dec. pl. Ejusdem Plantarum rariorum horti upſalienſis. Decas. I. II. Holmiae 1762. 1763. fol.

Lin. faſc. Ejusdem Plantarum rariorum horti upſalienſis, Faſciculus . Lipſ. 1767. in fol.

Lin. ſuppl. Ejusdem Supplementum plantarum. Brunſw. 1781. in 8.

Loureiro cochin. Flora cochinchinenſis labore ac ſtudio Jo. de Loureiro, denuo in Germania edita cum notis C. L. Wilidenow. Berol. 1793. in 8.

Ludw. ectyp. Ch. Gottl. Ludwig. Ectypa vegetabilium. Cent. I. II. Lipſ. in fol.

Lumnitz. poſ. Stephani Lumnitzer Flora Poſonienſis. Lipſ. 1791. in 8.

Marſh. arbor. Beſchreibung der wildwachſenden Bäume und Staudengewächſe in den vereinigten Staaten von Nordamerika, von Humphry Marshal. Aus dem Engliſchen durch C. F. Hoffmann. Leipz. 1788. in 8.

Mattuſ. ſileſ. H. G. Grafen von Mattuſchka Flora Sileſiaca, oder Verzeichniſs der in Schleſien wildwachſenden Pflanzen. Pars I. II. Leipzig 1776. 1777. in 8.

Med. obſ. bo. Botaniſche Beobachtungen des Jahrs 1783, von Fried. Caſim. Medikus. Mannheim 1784. in 8.

Med. Theod. Ejusdem Theodora ſpecioſa, ein neues Pflanzengeſchlecht. Mannheim 1786. in 8.

Mill. dict. Phil. Millers allgemeines Gärtnerlexicon, aus dem Engliſchen. Vol I — IV. Nürnb. 1769 — 1776. in 4.

Moench. haſſ. Enumeratio plantarum indigen. Haſſiae praeſertim inferioris, edita a Conrad. Moench. Pars I. Caſſellis 1777. in 8.

Moench. method. Ejusdem Methodus plantarum horti botanici et agri Marburgenſis a ſtaminum ſitu deſcribendi. Marburg. 1794. in 8.

Moench. weiſſenſt. Ejusdem Verzeichniſs ausländiſcher Bäume und Stauden des Luſtſchloſſes Weiſſenſtein bey Caſſel. Frankf. 1785. in 8.

Molina Chili ed. germ. Verſuch einer Naturgeſchichte von Chili vom Abbé Ignaz Molina, aus dem Italianiſchen von J. D. Brandis. Leipzig 1786. in 8.

Müll. Frid. Flora Fridrichsdaliana. Auctore Otto Frid. Müller. Argentor. 1767. in 8.

Murr. prod. J. A. Murray prodromus deſignationis ſtirpium Gottingenſium. Goettingae 1770. in 8.

Murr. aloë. Ejusdem Succi Aloës amari initia. Goetting. 1785. in 4.

Murr. ſyſt. Carol. a Linne Syſtema vegetabilium, editio 14, curante J. A. Murray. Goettingae 1784. in 8.

Necker gallob. Nat. Joh. de Necker Deliciae gallo-belgicae ſylveſtres Tom. I. II. Argentor. 1768. in 8.

Necker meth. muſc. Ejusdem Methodus Muſcorum. Mannheim 1771. in 8.

Obſ. Soc. oecon. Lut. Bemerkungen der Kurpfälziſchen phyſic. oecon. Geſellſchaft zu Lautern, von den Jahren 1771-1774 und von 1771-1776. in 8.

Pall. itin. P. S. Pallas Reiſe durch verſchiedene Provinzen des ruſſiſchen Reichs. P. I-III. Petersb. 1771-1776. in 4.

Pall roſſ. Ejusdem Flora roſſica Tom. I. Pars I. II. Petrop. 1784-1788 in fol.

Patterſon itin. Wilhelm Patterſon's Reiſen in das Land der Hottentotten und Caffern, aus dem Engliſchen mit Anmerkungen von J. R. Forſter. Berlin 1790. in 8.

Planer ind. Index plantarum quas in agro Erfurtenſi ſponte proven. ab. D. Jac. Jacob Planer. Gothae 1788. in 8.

Poiret itin. Reiſe in die Barbarey von Poiret aus dem Franzöſiſchen I. 2. Theil. Strasburg 1789 in 8.

Pollich palat. J. A. Pollich Hiſtoria plantar. in Palatinatu electorali ſponte creſcentium. Tom. I-III. Mannheim 1776—1778. in 8.

Reich. fl. moenof. J. J. Reichard Flora Moeno-Francofurtana Pars I. II. Francf. ad Moen 1773 1778. in 8.

Reiner et Hohenwarth itin. Botaniſche Reiſen nach einigen Oberkärnthiſchen und benachbarten Alpen von Joſeph Reiner und Sigmund von Hohenwarth. Klagenfurt 1792 in 8.

Relhan cantab. Richardi Relhan Flora Cantabrigienſis. Cantabrigiae 1785. in 8.

Retz obſ. bot. And. Joh. Retzii Obſervationes botanicae Faſc. I-VI. Lipſ. 1779-1791. fol.

Retz prod. Ejusdem Florae Scandinaviae prodromus editio altera. Lipſ. 1795. in 8.

De la Roche Diſſ. Dan. de la Roche deſcriptiones plantarum aliquot novarum. Lugdb. 1766. in 4.

Reyg. ged. G. Reyger Tentamen florae Gedanenſis Tom. I. II. Dantiſci. 1764. 1766. in 8.

Roemer archiv. Archiv für die Botanik herausgegeben von Joh. Jacob Roemer, I. Bandes I. Stück. Leipzig 1796. in 4.

Roemer ſcript. pl. hiſp. luſit. Ejusdem Scriptores de plantis Hiſpanicis, Luſitanicis, Braſilienſibus adornavit et recudi curavit J. J. Roemer. Nürnb. 1791. in 8.

Du Roi harbk. Die harbkeſche wilde Baumzucht von J. Phil. du Roi, Tomi II. Braunſchweig 1772. in 8.

Du Roi harbk. ed. 2. Ejusdem harbkeſche wilde Baumzucht I. Band herausgegeben mit Vermehrungen und Veränderungen von J. F. Pott. Braunſchweig 1795. in 8.

Roth Abhand. Botaniſche Abhandlungen und Beobachtungen von Alb. Willh. Roth. Nürnberg 1787. in 4.

Roth catal. bot. Ejusdem Catalecta botanica quibus plantae novae et minus cognitae deſcribuntur atque illustrantur. Faſciculus I. Lipſiae 1797. in 8.

Roth germ. Ejusdem Tentamen florae germanicae Tom. I. II. Lipſiae 1788. 1789. in 8.

Rottb. gram. Descriptiones et icones rariorum pro maxima parte novarum plantarum auctore Christ. Friis Rottboell. Havniae 1786. in fol.

Sabbat. hort. Hortus romanus secundum systema Tournefortii etc. Species suppeditabat et describebat Libertius Sabbati. Tom. I - IV. Romae 1772 - 1777. fol.

Secondat quercus. Memoires sur l'histoire naturelle du chêne par M. de Secondat. Paris 1785. fol.

Schäff. fung. Joh. Christ. Schäffer Historia fungorum Bavariae. Vol. I - IV. Ratisb. 1762 - 1774. in 4.

Schmiedel icon. Icones plantarum et analyses partium aeri incisae atque vivis coloribus insignitae, quas composuit Casim. Christoph Schmiedel. Norimb. 1747. in fol.

Schmiedel diss. Ejusdem dissertationes botanici argumenti revisae et recusae. Erlang 1783. in 4.

Schmidt boehm. Francis. Wilibaldt Schmidt Flora boëmica Tom. I. Pragae 1793. fol.

Scholl. barb. Fr. Ad. Scholler Flora Barbiensis Lipf. 1775. in 8.

Scholl. suppl. Ejusdem Supplementum Florae Barbiensis. Barbii 1787 in 8.

Schrad. sert. hannov. Sertum hannoveranum seu plantae rariores quae in hortis regiis Hannoverae vicinis coluntur, descriptae ab Henr. Rud. Schrader, delineatae et sculptae a J. Christoph Wendland Vol. I. fasc. 1. 2. Goett. 1795. 1796. fol.

Schrad. spicil. Ejusdem Spicilegium florae germanicae Pars prior. Hannoverae 1794. in 8.

Schrank Cent. Eine Centurie botanischer Anmerkungen zu des Ritters von Linné Species Plantarum von Franz von Paula Schrank. Erfurt 1781. in 4.

Schrank bavar. Ejusdem Baierische Flora 2 Bände. München 1789. in 8.

Schrank. salisb. Ejusdem Primitiae florae Salisburgensis. Francof. ad Moen 1792 in 8.

Schreb. dec. pl. Joh. Christ. Dan. Schreber Icones et descriptiones plantarum minus cognitarum Decas I. Lipf. 1766. in fol.

Schreb. gram. Ejusdem Beschreibung der Gräser. Lipf. 1769. seq. fol.

Schreb. phasc. Ejusdem de Phasco observationes Lipf. 1770. in 4.

Schreb. spic. Ejusdem Spicilegium florae Lipsicae. Lipf. 1771. in 8.

Schreb. unilab. Ejusdem Plantarum verticillat. unilabiatarum Genera et Species. Lipf. 1774. in 4.

Scop. carn. J. A. Scopoli Flora carniolica, editio 2. Tomi II. Viennae 1772. in 8.

Smith ic. ined. Plantarum icones hactenus ineditae, plerumque ad plantas in herbario Linnaeano conservatas delineatae. Auctore Jacobo Eduardo Smith. Fasc. I - III. Lond. 1789 - 1791. in fol.

Smith ic. pict. Ejusdem icones pictae plantarum rariorum Fasc. I. II. Lond. 1790. 1792. fol.

Smith Nov Holland. Ejusdem A Specimen of the Botany of New Holland. Vol. I. Fasc. I - IV. Lond. 1793. in 4.

Sonnerat it. ed. germ. Reiſe nach Oſtindien und China von Sonnerat. 2 Bände. Zürich 1785. in 4.

Sonnerat it. nov. guin. Ejusdem. Voyage à la nouvelle Guinée. Paris. 1776. in 4.

Stechm. Artem. Diſſertatio inauguralis botanico-medica de Artemiſiis Auctore J. Paul. Stechmann. Goetting. 1775. in 4.

Stephan. enum. Frid. Stephani. Enumeratio ſtirpium agri Moſquenſis. Moſquae 1792. in 8.

Stephan. icon. Ejusdem Icones plantarum moſquenſium, ad hiſtoriam plantarum ſponte circa Moſquam creſcentium, illuſtrandam. Decas I. Moſquae 1795. in fol.

Swartz ic. Icones plantarum incognitarum, quas in India occidentali detexit atque delineavit Olof. Swartz. Faſ. I. Erlangae 1794. in fol.

Swartz obſerv bot. Ejusdem Obſervationes botanicae. Erlangae 1791. in 8.

Swartz prod. Ejusdem Genera et Species plantarum, ſeu Prodromus deſcriptionum vegetabilium maximam partem incognitarum. Holmiae 1788. in 8.

Thunb. Diſſ. de Aloe. Carol. Pet. Thunberg. Diſſertatio de Aloe. Upſaliae 1785. in 4.

Thunb. Diſſ. d. Caryoph. Ejusdem Diſſert. de Caryophyllis aromaticis. Upſaliae 1788. in 4.

Thunb. Diſſ. d. Erica. Ejusdem Diſſert. de Erica. Upſaliae 1784. in 4.

Thunb. Diſſ. de Ficu. Ejusdem Diſſert. de Ficu. Upſaliae 1786. in 4.

Thunb. Diſſ. de Gard. Ejusdem Diſſert. de Gardenia. Upſaliae 780. in 4.

Thunb. Diſſ. de Glad. Ejusdem Diſſert. de Gladiolo. Upſaliae 1784. in 4.

Thunb. Diſſ. de Iride. Ejusdem Diſſert. de Iride. Upſaliae 1782. in 4.

Thunb. Diſſ. de Ixia. Ejusdem. Diſſert. de Ixia. Upſaliae 1783. in 4.

Thunb. Diſſ. de Mor. Ejusdem Diſſert. de Moraea. Upſalia e 1787. in 4.

Thunb. Diſſ. de Myriſt. Ejusdem Diſſert. de Myriſtica. Upſaliae 1787. in 4.

Thunb. Diſſ. Nov. pl. gen. Ejusdem Diſſert. Nova Genera plantarum. Upſaliae. Pars I. 1781. Pars II. 1782. Pars III. 1783. Pars IV et V. 1784. Pars VI et VII. 1792. in 4.

Thunb. Diſſ. de Oxalid. Ejusdem Diſſert. de Oxalide. Upſaliae 1781. in 4.

Thunb. Diſſ. de Prot. Ejusdem Diſſert. de Protea. Upſaliae 1781. in 4.

Thunb. Diſſ. de Reſt. Ejusdem Diſſert. de Reſtione. Upſaliae 1788. in 4.

Thunb. jap. Ejusdem Flora japonica. Lipſiae 1784. in 8.

Thunb. ic. pl. jap. Ejusdem Icones plantarum Japonicarum, quas in inſulis Japonicis Annis 1775 et 1776 collegit et deſcripſit. Decas I. Upſaliae 1794. fol.

Thunb. prod. Ejusdem Prodromus plantarum capenſium, qua

in Promontorio Bonae Spei Africes annis 1772-1775 collegit. Pars prior. Upſaliae 1794. in 8.

Timm prod. Florae megapolitanae Prodromus exhibens planta ducatus megapolitano-ſuerinenſis ſponte nascentia Auctore Joach. Chriſt. Timm. Lipſiae 1788. in 8.

Tode fung. Fungi Meklenburgenſes ſelecti Auctore Henrico Julio Tode. Faſc. I. II. Lüneb. 1790. 1791. in 4.

Uſteri Annal. Annalen der Botanik herausgegeben von Paulus Uſteri 1—6 Stück. Zürich 1792-1793. in 8.

Uſteri Neue Annal. Ejusdem Neue Annalen. 1-15 Stück. Zürich 1794-1797. in 8.

Uſteri delect. Ejusdem Delectus opuſculorum botanicorum Argentor. Vol. I. II. 1790. 1793. in 8.

Vahl ſymbol. Symbolae botanicae Pars I-III. Havniae 1790-1794 in fol.

Vandell. faſc. Dom. Vandelli Faſciculus plantarum cum novis generibus et ſpeciebus. Olliſiponae 1771. in 4.

Viborg cereal. Botaniſk-Oekonomiſk Afhandling om Bygget af Erik Viborg. Kiobenhaven 1788 in 4.

Viborg pl. aren. Ejusdem Beſchreibung der Sandgewächſe und ihrer Anwendung, aus dem Däniſchen. Kopenhagen 1789. in 8.

Villars delph. Hiſtoire des plantes de Dauphiné par M. Villars. Tom. I. II. Grenoble 1786. 1787. in 8.

Vogler 2 gram. Schediaſma botanicum de duabus graminum ſpeciebus nondum ſatis extricatis Auct. Joh. Ph. Vogler. Gieſſae 1776. in 8.

Vogler Polyp. mont. Diſſertatio inauguralis botanica ſiſtens Polypodii ſpeciem nuperis auctoribus ignotam Polypodium montanum vocatam. Auctore Joh. And. Vogler. Gieſſae 1781. in 4.

Walter carol. Flora caroliniana Auctore Thomas Walter. Lond. 1788. in 8.

Wangenh. amer. Beytrag zur teutſchen holzgerechten Forſtwiſſenſchaft, die Anpflanzung nordamerikaniſcher Holzarten mit Anwendung auf teutſche Forſte betreffend von Fried. Adam Julius von Wangenheim. Götting. 1787. in fol.

Weber ſpicil. D. Georg. Henr. Weber Spicilegium Florae goettingenſis plantas imprimis Hercyniae illuſtrans. Gothae 1778. in 8.

Weigel pom. Chriſt. Ehrenf. Weigel Flora pomerano-rugica. Berolini 1769. in 8.

Weigel obſ. bot. Ejusdem Obſervationes botanicae. Gryph. 1772. in 8.

Weiſs crypt. Plantae cryptogamicae Florae goettingenſes. Collegit et deſcripſit D. Frid. Guil. Weiſs. Goetting. 1770. in 8.

Weſt St. Cruc. Beyträge zur Beſchreibung von St. Croix von Hans Weſt aus dem Däniſchen. Kopenhagen 1794. in 8.

White itin. Journal of a Voyage to New-South Wales by John White Esq. London 1790. in 4.

Wiggers primit. Primitiae florae holſaticae Auctore F. H. Wiggers. Kilae 1780. in 8.

Willd.achill. Tractatus botanico-medicus de Achilleis cui accedit ſupplementum generis Tanaceti. Auctore Carol. Lud. Willdenow. Halae 1789. in 8.

Willd. amaranth. Ejusdem Hiſtoria Amaranthorum. Turici 1790. in fol.

Willd. arboret. Ejusdem Berliniſche Baumzucht. Berlin 1796. in 8.

Willd. phytog. Ejusdem Phytographia ſeu deſcriptio rariorum minus cognitarum plantarum. Faſc. I. Erlang. 1794. in fol.

Willd. prod. Ejusdem Florae Berolinenſis Prodromus. Berl. 1788. in 8.

Willich obſerv. Chriſt. Lud. Willich de plantis quibusdem obſervationes. Goettingae 1762. in 8.

Willich illuſt. Ejusdem Illuſtrationes quaedam botanicae. Goetting. 1766. in 8.

Zoega fl. island. quae habetur in Olaffens und Povelſens Reiſe durch Island. Kopenhagen und Leipzig. 1775. in 4.

Classis I.

MONANDRIA

MONOGYNIA.

* *Scitamineae fructu infero uni. vel triloculari.*

12. KAEMPFERIA. *Cal.* obsoletus. *Cor.* 6- partita: laciniis 3 majoribus patulis, unica bipartita. *Stigma* bilamellatum.

5. RENEALMIA. *Cal.* 1- phyllus rumpens. *Cor.* 3- fida inaequalis. *Nectar.* oblongum basi utrinque unidentatum. *Bacca.*

*2. HELLENIA. *Cal.* spathiformis. *Cor.* limbus duplex: exterior subtrifidus. *Nectar.* diphyllum s. bifidum.

*6. HEDYCHIVM. *Cal.* 1- phyllus rumpens. *Cor.* tubus longissimus; limbus duplex 3- partitus. *Nect.* 2- phyllum.

11. CVRCVMA. *Cal.* 2- fidus. *Cor.* 4- partita. *Nectar.* 3- lobum. *Anth.* basi bicalcarata.

*5. HORNSTEDTIA. *Cal.* 2- fidus. *Cor.* tubus longus filiformis; limbus duplex, exterior tripartitus. *Nect.* tubulosum.

8. ALPINIA. *Cal.* 3- dentatus aequalis tubulosus. *Cor.* 3- partita aequalis. *Nect.* 2- labiatum: labio inferiore patente.

4. AMOMVM. *Cal.* 3- fidus inaequalis cylindricus. *Cor.* 3- partita inaequalis patens. *Nect.* 2- labiatum erectiusculum.

7. COSTVS. *Cal.* 3- fidus gibbus. *Cor.* 3- partita ringens. *Nect.* 2- labiatum, labio inferiore maximo trilobo.

10. MARANTA. *Cal.* 3- phyllus. *Cor.* 3- fida. *Nectar.* 3- partitum: lacinia tertia superiore latere antherifera.

1. CANNA. *Cal.* 3- phyllus. *Cor.* 6- partita. *Nectar.* 2- partitum. *Capsula* 3- locularis.

*14. PHRYNIVM. *Cal.* 3- phyllus. *Cor.* 3- petala tubo nectarii adnata. *Nect.* tubo filiformi, limbo 4- partito. *Capsula* 3- locul. *Nuces* 3.

13. THALIA. *Cal.* 3- phyllus. *Cor.* 5- petala: duo interiora minora. *Nect.* lanceolatum concavum. *Drupa* nuce unilocul.

9. MYROSMA. *Cal.* duplex: exterior 3- phyllus: interior 3- partitus. *Cor.* 5- partita irregularis.

** *Fructu infero quadriloculari.*

*18. LOPEZIA. *Cal.* 4-phyll. *Cor.* 5-petala inaequalis. *Capſ.* 4-locul. 4-valvis polyſperma.

*** *Fructu ſupero.*

*15. PHYLIDRVM. *Spatha* 1-flora. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala irregularis. *Capſ.* 3-locul. polyſperma.

*16. CVCVLLARIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala inaequalis calcarata. *Filament.* petaliforme. *Anthera* loculis diſcretis!

*17. QVALEA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* dipetala *Bacca?*

*19. USTERIA. *Cal.* 4-dentatus, lacinia unica reliquis multo majore! *Cor.* infundibuliformis 4-dentata. *Capſ.* 1-locul. 2-ſperma.

† *Mangifera indica. Tradeſcantia monandra.*

**** *Monoſpermae.*

20. BOERHAAVIA. *Cal.* ſuperus margo integerrimus. *Cor.* 1-petala campanulata.

23. HIPPVRIS. *Cal.* ſuperus, margo bilobus. *Cor.* o.

22. SALICORNIA. *Cal.* 1-phyllus ventricoſus. *Cor.* o.

*21. POLLICHIA. *Cal.* 1-phyllus 5-dentatus. *Cor.* o. *Sem.* 1 receptaculi ſquamis 2 baccatis tectum.

*24. MITHRIDATEA. *Recept.* multiflorum 4-fidum. *Cal.* o. *Cor.* o. *Semina* ſolitaria receptaculo carnoſo immerſa.

† *Valeriana rubra, anguſtifolia, Calcitrapa. Scirpi et Cyperi nonnullae ſpecies. Alchemilla Aphanes, monandra. Polycnemum monandrum.*

DIGYNIA.

* *Plantae.*

*25. LACISTEMA. *Cal.* amenti ſquama. *Cor.* 4-partita. *Filament.* 2-fid. *Bacca* pedicellata monoſperma.

26. CORISPERMVM. *Cal.* o. *Cor.* 2-petala. *Sem.* 1.

27. CALLITRICHE. *Cal.* o. *Cor.* 2-petala. *Capſ.* 2-locularis.

28. BLITVM. *Cal.* 3-fidus baccatus. *Cor.* o. *Sem.* 1.

29. MNIARVM. *Cal.* 4-partitus ſuperus. *Cor.* o. *Sem.* 1.

** *Gramineae.*

30 CINNA. *Cal.* gluma 1-flora. *Cor.* gluma. 2-valuis.

† *Leerſia monandra.*

MONOGYNIA

1. CANNA

Gen. plant. edit. Schreb. n. 1.

Cor 6-partita, erecta: *Nect.* bipartitum, revolutum. *Stylus* lanceolatus, corollae adnatus. *Calyx* 3-phyllus.

1. CANNA *indica.*

C. foliis ovatis utrinque acuminatis coſtatis. W.

C. foliis ovatis utrinque acuminatis nervoſis. *Roy. lugdb.* 11. *Fl. zeyl.* 1. *Hort. upſ.* 1. *Mill. dict. n.* 1. *Knorr. del. hort.* 2. *t.* C. 2. *Kniph. orig. cent.* 4. *n.* 13. *Thunb. jap.* 14.

Canna ſpatulis bifloris. *Hort. cliff.* 1.

Cannacorus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 177. *t.* 71. *f.* 2.

Arundo indica latifolia. *Bauh. pin.* 19.

Katu Bala. *Rheed. mal.* 11. *p.* 85. *t.* 43.

α. C. (*rubra*) flore toto rubeſcente, foliis elliptico-ovatis. *Aiton Kewenſ.* 1. *p.* 1.

Habitat in Nova Zeelandia.

16. POA *annua.*

P. panicula diffuſa angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo compreſſo. *Stillingf. miſc. t.* 7. *Flor. ſuec.* 75. 83. *Leers. herborn. n.* 70. *t.* 6. *f.* 1. *Pollich. pal. n.* 91. *Hoffm. germ.* 30. *Roth. germ. I. p.* 42. *II. p.* 115.

Poa humilis. *Ehrh. gram.* 115.

P. culmo infracto, panicula triangulari, locuſtis trifloris glabris. *Hall. helv. n.* 1466

Gramen caninum ſupinum minus. *Bauh. pin.* 13. *Hall.*

Gramen pratenſe paniculatum medium. *Bauh. pin.* 30. *Scheuch. gram.* 180. *ſec. Hall.*

Gramen pratenſe paniculatum minus. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 31. *Scheuch. gram.* 189.

Gramen pratenſe minus vulgatiſſimum. *Raj. hiſt.* 1285.*

β. Gramen pratenſe paniculatum minus rubrum. *Tournef. inſt.* 522. *Tabern. ic.* 207.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 332.

Jähriges Riſpengras. W.

Habitat in Europa *ad vias.* ⊙ (v. v.)

17. POA *flava.*

P. panicula diffuſa, ſpiculis ovato-oblongis nitidis. *Sp. pl.* 100. *Gron. virg.* 13.

Gramen pratenſe majus virginianum. *Pet. muſ.* 239.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 333.

Gelbes Riſpengras. W.

Habitat in Virginia.

18. POA *barbata.*

P. panicula patula capillari, ſpiculis ſexflóris oblongis, glumis glabris carinatis. *Thunb. jap.* 50. *t.* 10. *

Bartiges Riſpengras. W.

Habitat in Japonia ⊙

Genicula *culmi ſunt barbata.* W.

19. POA *piloſa.*

P. panicula patente ſtricta; ramificationibus primariis piloſis. *Sp. plant.* 100.

Gramen paniculis elegantiſſimis, majus, locuſtis purpureo-ſpadiceis minoribus. *Scheuch. gram.* 193.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. p. 324.

Haariges Riſpengras. W.

Habitat in Italia, Carniolia. (v. ſ.)

20. POA *paluſtris.*

P. panicula diffuſa, ſpiculis ſubtrifloris pubeſcentibus, foliis ſubtus ſcabris. *Sp. pl.* 98.

P. panicula ſtricta, locuſtis trifloris, calycibus ariſtatis, floribus villoſis. *Hall. helv. n.* 1467.

Gramen paniculatum aquaticum anguſtifolium, panicula ſpecioſa. *Scheuch. gram.* 184.

Gramen paluſtre, panicula ſpecioſa. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 7. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 201. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 27.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 334.

Sumpf-Riſpengras. W.

Habitat in Helvetiae, Italiae, Germaniae *humidis.*

Dignoſcitur, dum runcantur agri oryzacei, tenella foliis *glaucis, adultior ſpinulis* foliorum. *Seguier. ver.* 1. *p.* 351.

Monet Hallerus, nomen Bauhini *non huc pertinere, tamen* Moriſoni. R.

** 21. POA *glutinoſa.*

P. panicula patente ſtricta, ſpiculis ſubnovemfloris hirſutiuſculis glutinoſis, culmo ſimplici, foliis ſubpiloſis. *Swartz prodr.* 26. *Sloan. hiſt.* 114. *t.* 71. *f.* 2.

Klebriges Riſpengras. W.

Habitat in Jamaica.

** 22. POA *prolifera.*

P. panicula patente ſtricta, ſpiculis multifloris, (18-20.) culmo ramoſiſſimo nodoſo, ad nodos prolifero. *Swartz prod.* 27.

Aeſtiges Riſpengras. W.

Habitat in inſulis Caribaeis.

23. POA *amabilis.*

P. panicula patente, ſpiculis octodecimfloris linearibus. *Fl. zeyl.* 46. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 335. *t.* 91. *f.* 2.

Niedliches Riſpengras. W.

Habitat in India. (v. ſ.)

Maxime affinis P. Eragroſtidi *floribus purpureis, glumis trinerviis, quarum inferiores ſenſim cadunt.*

24. POA *Eragroſtis.*

P. panicula patente, pedicellis flexuoſis, ſpiculis ſerratis decemfloris, glumis trinerviis. *Sp. pl.* 100. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 106. *n.* 40. *Schreb. gram.* 2. *p.* 81. *t.* 38. * *Hoffm. germ.* 30. *Roth. germ. II. p.* 118.

P. locuſtis diſtichis decemfloris, calycibus acutis. *Hall. helv. n.* 1450.

Gramen paniculis elegantiſſimis, minimum. *Scheuch. gram.* 192. *t.* 2. *f.* 2.

G. phalaroides, ſparſa Brizae panicula, minus. *Barr. ic. t.* 44. *f.* 2.

Gramen tremulum minus, locuſta deltoide. *Moriſ. hiſt.* 3. *f.* 8. *t.* 6. *f.* 47. *Hall.* R.

β. Gr. paniculis elegantiſſimis majus, locuſtis purpuraſcentibus minoribus. *Schench. gram.* 193. *t.* 4. *f.* 13. *junior planta.*

Houttuyn Lin. Pfl. 12. *p.* 340.

Schönſtes Riſpengras. W.

Habitat in Helvetia, Italia, *ſupra muros; in* Sibiria. ⊙ (v. v.)

Glumae *exteriores carinatae, hyalinae, utrinque nervis viridibus lateralibus, unde facile dignoſcitur.* Flores *ovati, acutiuſculi*, 6-9-*flori absque margine ſcarioſo.* Panicula *undulata.*

*25. POA *badenſis.*

P. panicula conferta ovata, ſpiculis undecimfloris diſtichis ovatis, baſi pubeſcentibus. W.

Poa badenſis. *Haenke.*

Badenſches Riſpengras. W.

Habitat in rupibus ad thermas Badenſes *in* Auſtria *inferiori, inque* Mansfeldia. 4 (v. v.)

Gramen *caeſpitoſum.* Folia *radicalia binncialia linearia glabra, culmea breviſſima ſeminncialia.* Ligula *magna truncata.* Culmus *ſimpliciſſimus.* Panicula

coarctata ovata. Spiculae 11-*florae ovatae.* Corollae *enerviae acutae baſi pubeſcentes fuſco-violaceae, margine membranaceae.* W.

*26. POA *cynoſuroides.*

P. panicula ſtricta pyramidali, pedunculis patentiſſimis, ſpiculis dependentibus diſtichis. *Retz. obſ.* 4. *p.* 20. * *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 10.

Uniola (*bipennata*) panicula ſubſpicata, racemis pinnatis, ſubtus imbricatis. *Sp. pl.* 104.

Briza bipinnata. *Syſt. nat.* 10. *p.* 875. *Amoen. acad.* 4. *p.* 450.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 366.

Kammgrasartiges Riſpengras. W.

Habitat in Aegypti *et* Indiae *aridis.*

Gramen *omnium ſpecioſiſſimum.* Culmi *magnitudine Tritici ſimplices.* Racemus *ſimplex pedalis, e pedunculis alternis, ſimpliciſſimis aequalibus, utrinque longitudinaliter a baſi ad apicem pinnatis.* Floribus *ſeſſilibus approximatis compreſſis aequalibus complanatis more Cyperi.* Glumae *compreſſae carinatae acutiuſculae ovatae.*

*27. POA *unioloides.*

P. panicula erectiuſcula, ſpiculis ſubdecemfloris ovatis, calycibus inferioribus multivalvibus. *Retz. obſ.* 5. *p.* 19. *

Spitzgrasartiges Riſpengras. W.

Habitat in India. (v. ſ.)

*28. POA *racemoſa.*

P. panicula coarctata, ſpiculis ovatis novemfloris, pedunculis breviſſimis. *Thunb. prod.* 21.

Traubenblütiges Riſpengras. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei.

*29. POA *cyperoides.*

P. paniculis ſpicato glomeratis, ſpiculis 11-floris, culmo ramoſo, foliis ſubulatis. *Thunb. prod.* 22.

Cyperngrasartiges Riſpengras. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei.

*30. POA *verticillata.*

P panicula patente capillari flexuoſa, ſpiculis undecimfloris lineari-ſubulatis. W.

P. paniculata, paniculae ramis verticillatis flexuoſis, ſpiculis ſubulato-compreſſis. *Cavan. ic.* 1. *p.* 63. *t.* 93. *

Quirlförmiges Riſpengras. W.
Habitat in Hiſpania. ⊙

*31. POA *abyſſinica.*
P. panicula capillari laxa erecta, ſpiculis quadrifloris laevibus lineari-lanceolatis, foliis glabris ſubconvolutis. *Ait. Kew. I. p.* 100.
Poa (*abyſſinica*) panicula patula, ſpiculis oblongis, circiter quinquefloris, culmo geniculato, inferne procumbente ramoſo. *Jacq. ic. rar.* 1. *tab.* 17. *Miſc.* 2. *p.* 364. *
Teff. *Bruce it.* 5. *p.* 76. *c. icon. Ed. germ.* 5. *p.* 84. *t.* 24.
Abyſſiniſches Riſpengras. W.
Colitur in Abyſſinia. ⊙ (v. v.)

32. POA *capillaris.*
P. panicula laxa patentiſſima capillari, foliis piloſis, culmo ramoſiſſimo. *Sp. pl.* 100. *Swartz obſ.* 39. *
P. culmo ſubcompreſſo, panicula tenuiſſima, ſpiculis trifloris minimis, floſculis baſi pubeſcentibus. *Kalm. it.* 3. *p.* 291.
P. panicula laxa erecta ſtricta, ſpiculis erectis oblongis. *Gron. virg.* 136.
Gramen paniculatum virginianum, locuſtis minimis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 202. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 33.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 342.
Haarförmiges Riſpengras. W.
Habitat in Virginia, Canada, Jamaica. ⊙ (v. ſ.)
Panicula capillacea, ſtrictiſſima, patentiſſima, ramoſiſſima. Spiculae ex floſculis 4. 5. *ſ.* 6. *minimae. Folia ad baſin pilis longis raris. Culmus ramoſus.*

*33. POA *japonica.*
P. panicula patula capillari, ſpiculis ſeptemfloris foliisque glabris, culmo ramoſo. *Thunb. jap.* 51. *
Japaniſches Riſpengras. W.
Habitat in Japonia.

34. POA *malabarica.*
P. paniculae ramis ſimpliciſſimis, floribus ſeſſilibus, feminibus diſtantibus, culmo repente. *Sp. pl.* 100. *Burm. ind.* 27. *t.* 11. *f.* 2?
Poa (*latifolia*) paniculae ramis ſimplicibus, glumis bifloris, floſculo altero pedicellato ciliato, foliis lato-lanceolatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 18?
Poa (*latifolia*) panicula diffuſa nutante, ſpiculis remotis bifloris, altero pedicellato, margine ſetoſo. *Forſt. prod. n.* 44?

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 343.
Malabariſches Riſpengras. W.
Habitat in Indiae *arenoſis.*

35. POA *chinenſis.*
P. paniculae ramis ſimpliciſſimis, floribus ſeſſilibus, ſeminibus imbricatis, culmo erecto. *Burm. ind. t.* 11. *f.* 3. *Retz.* 5. *p.* 19. *
Poa (*panicea*) paniculae ramis ſubbinatis remotis filiformibus, calycibus biflori, vaginis punctato-piloſis. *Retz. obſ.* 3. *p.* 11.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 343.
Chineſiſches Riſpengras. W.
Habitat in India. *Oſbeck.* (v. ſ.)
Rami paniculae ſimpliciſſimi, ut in antecedente, magis conferti, Flores minores; Floſculi 4, *nec ſeptem.*

36. POA *punctata.*
P. panicula diffuſa, ſpiculis duodecimfloris, floribus diaphanis laevibus, puncto intus fuſco. *Lin. ſuppl.* 109.
Puncktirtes Riſpengras. W.
Habitat in Malabaria.
Culmi *ſesquipedales adſcendentes laeves craſſitie pennae columbinae, geniculis tumidioribus, ſaepe tribus.* Folia *graminea ſcabriuſcula ſubtus laevia, articulis longiora, margine ſcabro baſin verſus pilis raris, erectis.* Vaginae *laeves.* Ligula *faucis nulla.* Panicula *expanſa Milii effuſi.* Pedunculi *deflorati in racemum coarctati.* Spiculae *lanceolatae* 12 — 14 *florae.* Floſculi *diaphani, cum puncto* (*ex anthera*) *intus fuſco, et ſtria viridi utrinque.* Glumae *corollinae ovatae acutiuſculae laeves, calycinis ſimillimae.*

*37. POA *nutans.*
P. panicula contracta apice nutante, ſpiculis decemfloris, valvulis reverſis. *Retz. obſ.* 4. *p.* 19. *
Hängendes Riſpengras. W.
Habitat in India *ad agrorum margines.*

38. POA *tenella.*
P. panicula oblonga capillari ſubverticillata, floribus ſexfloris minutiſſimis nutantibus. *Sp. pl.* 101. *Retz. obſ.* 5. *p.* 19.
Gramen paniculatum ex oris malabaricis, panicula delicatiore. *Pluk. alm.* 176. *i.* 300. *f.* 2.
Gramen paniculatum, locuſtis tenuiſſimis ſubrotundis. *Burm. zeyl.* 110. *t.* 47. *f.* 3.

Gramen fumi. *Rumph. amb. 6. t. 4. f. 3.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. p. 344.
Zartes Riſpengras. W.
Habitat in India. ⊙ (v. f.)

Culmi *laeves, proſtrati, inferne ramoſi.* Folia *laevia, margine ſcabra, fance piloſa.* Panicula *oblonga, patentiſſima.* Flores *nutantes, oblongi, obtuſi, purpuraſcentes, linea utrinque viridi, margine oculo armato ciliati.*

Non ſolum folia fauce piloſa, ſed tota panicula ad pedunculorum baſin faſciculos gerit e pilis longis 3 — 16 *candidiſſimis.* Retz. l. c.

*39. POA *maritima.*

P. panicula ſubſecunda, ſpiculis multifloris teretiuſculis, floſculis diſtantibus, culmo adſcendente. W.

P. panicula diſticho-ſecunda ovata inferne patula, racemis ſubternatis, ſpiculis glabris, foliis planis, culmis adſcendentibus. *Ait. Kew. 1. p. 100.*

P. panicula coarctata ſecunda ramoſa, ramis binatis, ſpiculis oblongis, floſculis obtuſis, foliis involutis acutis, culmo obliquo tereti. *Hudſ. angl. 42.* *

P. panicula ſubſpicata, ſpiculis ſecundis coarctatis, foliis convolutis, ſarmentis repentibus. *Roth. germ. I. 43. II. 121. Fl. dan. 251. Hoffm. germ. 31.*

Poa (*arenaria*) paniculae ſubdiffuſae ſpiculis ſeſſilibus quadrifloris, culmis ſemiteretibus, foliis convolutis. *Retz. ſcand. n. 120.*

Poa (*arundinacea*) foliis convolutis, culmo erecto, paniculae coarctata, ſpiculis ſubteretibus 10 — 12 floris coloratis. *Moench. method. 186.*

Poa criſtata *Gmn. norv. 780. (excluſis ſynonymis.)*

Gramen paniculatum maritimum vulgatiſſimum. *Roy. ſynop. 409.*

Meerſtrands Riſpengras. W.

Habitat in Germaniae, Daniae, Galliae, Angliae *maritimis arenoſis.* 24 (v. v.)

In planta ſpontanea eſt panicula coarctata anguſta ſecunda, ſpiculis 4 — 8 *floris; in culta vero, eſt panicula divaricata, ſpiculis* 5 — 12 *floris.* W.

40. POA *rigida.*

P. panicula lanceolata ſubramoſa ſecunda: ramulis alternis ſecundis. *Sp. pl. 101. Roth. germ. I. 43. II. 120.*

P. panicula lanceolata ſubramoſa, floribus alternis ſecundis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 165. *Roy. lugdb.* 62. *Guett. ſtamp.* 62.

P. panicula coarctata ſecunda, ſpiculis ſexfloris linearibus alternis rigidis. *Ger. prov.* 30.

Gramen exile duriuſculum in muris et aridis proveniens. *Raj. angl.* 3. *p.* 410.

Gramen arvenſe, filicina duriore panicula. *Barr. ic.* 49.

Gramen loliaceum murorum duriuſculum, ſpica erecta rigida. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 182. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 9.

Gramen panicula multiplici. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 6. *Scheuchz. gram.* 271.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 348.

Steifes Riſpengras. W.

Habitat in Galliae, Angliae, Germaniae *ſiccis.* ⊙ (v. v.)

Culmus *rigidus*, *breviſſimus*. Panicula *lanceolata*, *rigida*, *decompoſita*: Ramis *alteruis*, *alternatim ſpiculatis*, *pedicellis rigidis*, *ſpica brevioribus*. Spiculae *ſuboctoflorae*, *lineares*, *acutae*. Floſculi *acutiuſculi*, *apice ſubſcarioſi*. Calyx *cariuatus*.

41. POA *ſpinoſa*.

P. paniculae ramis alternis, compreſſis ſpineſcentibus, ſpiculis alternis pedunculatis 10- floris, culmo ramoſo. W.

Poa (*ſpinoſa*) ſpicis pedunculatis ſaprſis, ramis ſpineſcentibus, culmo ramoſo. *Thunb. prod.* 22.

Feſtuca (*ſpinoſa*) fruteſcens, ramis ramulisque ſpinoſis, pedicellis aculeatis. *Lin. ſuppl.* 111.

Dorniges Riſpengras. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. 24 (v. ſ.)

Culmi *perennes craſſitie pennae columbinae*, *ſolidi proliferi*, *ramis confertis erectis ſimplicibus apice ſpinoſis*. Folia *vaginis dilatatis*, *exeuntibus in folium ſubulatum pungens breviſſimum*. Rami *teretes aphylli*: *ramulis alternis horizontalibus ſimpliciſſimis pollicaribus mucronato-ſpinoſis*, *ſupra planis*, *ſubtus teretiuſculis*, *margine utrinque ſpinoſo-pungentibus*; *ſpinulis* 4 *ad* 6 *ex pedunculis factis*. Flores *diſtichi*. Spiculae *oblongiuſculae ex* 7 *ad* 10 *floſculis*, *minus denſe approximatis vix acutis*. Pedunculus *ſpicae adhaereus*: *ramulis poſt caſum in ſpinulam tranſeuntibus*.

42. POA *compreſſa*.

P. panicula coarctata ſecunda, culmo obliquo compreſſo. *Fl. ſuec.* 74. 84. *It. gotl.* 178. *Pollich. pal. n.* 93.

Leers. herb. 71. *t.* 5. *f.* 4. *Gunn. norv. n.* 1004. *Roth. germ. I.* 44. *II.* 122. *Hoffm. germ.* 31.

P. culmo compreſſo, declinato, locuſtis diſtichis, ſexfloris. *Hall. helv. n.* 1455.

P. ſpiculis ovatis compreſſis muticis, panicula ſecunda coarctata. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 184.

Gramen murorum, radice repente. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 2.

Gramen paniculatum, radice repente, culmo compreſſo, locuſtis diſtichis pulchellis. *Scheuchz. gram.* 198. *Vaill. pariſ.* 91. *t.* 18. *f.* 5.

Gramen caninum vineale. *Bauh. pin.* 11.

Gramen loliaceum procumbens, caulibus compreſſis, paniculis rigidiuſculis. *Monti. ic.* 10. *Hall.* R.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 346.

Flachhalmiges Riſpengras. W.

Habitat in Europae *et* Americae *ſeptentrionalis ſiccis, muris, tectis.* 4 (v. v.)

Americana floſculis ſaepius ternis, Europaea vero ſenis, habitus tamen idem et ſtructura.

*43. POA *farmentoſa.*

P. panicula coarctata, ſpiculis lanceolatis decemfloris, culmo farmentoſa. *Thunb. prod.* 21.

Wucherndes Riſpengras. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

*44. POA *ſtriata.*

P. panicula patente, ſpiculis ovatis ſubdecemfloris, culmo repente. *Thunb. prod.* 22.

Geſtreiftes Riſpengras. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

45. POA *amboinenſis.*

P. panicula coarctata ſecunda, culmo tereti. *Mant.* 557. *Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 20.

Phoenix amboinica montana. *Rumph. amb.* 6. *p.* 19. *t.* 7. *f.* 3?

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 347.

Amboiniſches Riſpengras. W.

Habitat in India.

Simillima P. compreſſae, *ſed* culmus *teres.* Flores *paniculati, verticillati, 5-flori.* Antherae *rubrae.* Piſtilla *alba.*

*46. POA *viſcoſa.*

P. panicula oblonga patente, ſpiculis inferioribus triflo-

ris, ſuperioribus duodecimfloris, culmis rigidis demum viſcoſis. *Retz. obſ.* 4. *p.* 20. *

Harziges Riſpengras. W.

Habitat in glareoſis aridis Malabariae. 4 (v. ſ.)

47. POA *nemoralis.*

P. panicula attenuata, ſpiculis ſubbifloris mucronatis ſcabris, culmo incurvo. *Fl. ſuec.* 2. *n.* 85. *Leers. herborn. n.* 72. *t.* 5. *f.* 3. *Pollich. pal. n.* 94. *Hoffm. germ.* 30. *Roth. germ. I.* 42. *II.* 115.

P. culmo debili, panicula nutante, locuſtis biflóris, floſculis ſubvilloſis. *Hall. helv. n.* 1469.

Gramen ſylváticum panicula tenui e raris locuſtis compoſita. *Dill. ſpec.* 57.

Gramen paniculatum anguſtifolium alpinum, locuſtis rarioribus et anguſtioribus non ariſtatis. *Scheuch. gram.* 164. *t.* 2. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 95. *Hall.*

Gramen nemoroſum, panicula laxa, radice repente. *Vaill. pariſ.* 90.

Gramen loliaceum alpinum, paniculis ex rarioribus et exiguis locuſtis compoſitum. *Mont. gram.* 59. *ic.* 12.

β. Gramen cirrhoſa et villoſa ſpongia ad ſingula genicula donatum, paniculatum minimum alpinum. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 70. *t.* 59. *et p.* 165. *Pollich. l. c. Leers. l. c. Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 12. *p.* 347.

Dünnblühendes Riſpengras. W.

Habitat in Europa *ad radices montium umbroſas.* 4 (v. v.)

48. POA *contracta.*

P. panicula contracta, floſculis lanceolatis triflóris nudis ſeſſilibus, foliis filiformibus. *Retz. obſ.* 3. *p.* 11. *

Zuſammengezogenes Riſpengras. W.

Habitat in India.

49. POA *filiformis.*

P. panicula patenti, ſpiculis acutis quadrifloris, foliis filiformibus. *Thunb. prod.* 21.

Fadenförmiges Riſpengras. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

50. POA *bulboſa.*

P. panicula ſecunda patentiuſcula, ſpiculis quadrifloris. *Sp. pl.* 102. *Hoffm. germ.* 31. *Roth. germ. I.* 44. *II.* 122.

P. foliis bulbosis, panicula diffusa, locustis quadrifloris subvillosis. *Hall. helv. n.* 1461.

Poa culmorum basi tuberosa. *Guett. stamp.* 1. *p.* 168. *Dalib. paris.* 29.

α. Gramen xerampelinum, miliacea praetenui ramosaque sparsa panicula s. Xerampelino congener arvense aestivum, Gramen minutissimo semine. *Lob. illustr.* 14. *Scheuch. gram.* 185.

β. Gramen arvense, panicula crispa. *Bauh. pin* 3. *Barr. ic.* 703. *Pollich. pal. n.* 95.

Poa spiculis quadrifloris, flosculis superioribus foliolo terminatis. *Scop. carn.* 1. *p.* 194. *n.* 6.

Gramen cum panicula molli rubente. *Bauh. hist.* 2. *p.* 464.

Gramen montanum panicula foliacea crispa breviore. *Morif. hist.* 200. *t.* 5. *f.* 14.

Gramen arvense angustifolium panicula densa foliacea: foliolis in panicula angustissimis. *Scheuch. gram.* 211.

γ. Gramen vernum, radice alcalonica. *Vaill. paris.* 91. *t.* 17. *f.* 8.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 350.

Knolliges Rispengras. W.

Habitat in Gallia, Germania, Helvetia, Hispania, Oriente, Nycopia Sueciae. 24 (v. v.)

In α. culmi semper inclinati; in γ. Glumae inaequales: aliae latae planae, aliae contractae longiores.

*51. POA *disticha.*

P. spiculis compressis quadrifloris sessilibus distichо-spicatis. W.

Poa (*disticha*) spica disticha terminali, hinc convexula, illinc plana. *Jacq. ic. rar.* 1. *t.* 19. *Misc.* 2. *p.* 74. *

Poa (*sesleroides*) spica ovata, locustis subsessilibus sexfloris obtusis. *Allion. pedem. n.* 2208. *t.* 91. *f.* 1.

Sesleria locustis quinquefloris distichis, calyce tridentato. *Hall. helv. n.* 1447.

Zweyzeiliges Rispengras. W.

Habitat in summis alpibus Carinthiae, Helvetiae, Italiae. 24 (v. s.)

Media inter Poam, Cynosurum *et* Triticum; *ob spicularum formam (quae* 3 — 6 *florae sunt) ad Poae genus pertinet, licet habitu a reliquis sit distincta.* W.

*52. POA *bifaria.*

P. spiculis sessilibus distichis, inferioribus remotis erectis,

ſuperioribus approximatis recurvatis. *Vahl. ſymbol. 2. p. 19.*

Kammförmiges Riſpengras. W.

Habitat in India orientali.

53. POA *bromoides.*

P. ſubſpicata, ſpiculis lanceolatis 25-floris, inferioribus breve pedicellatis, ſuperioribus ſeſſilibus, foliis bifariis involutis. *Vahl. ſymbol. 3. p. 10.*

Treſpenartiges Riſpengras. W.

Habitat in Lima?

54. POA *ſpicata.*

P. panicula ſpicata, floribus ſubulatis, floſculis remotis. *Mant. 32.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. p. 352.

Aehrentragendes Riſpengras. W.

Habitat in Luſitania. *Vandelli.*

Culmi *plures, e baſi adſcendentes, palmares, veſtiti undique foliorum vaginis.* Folia *linearia, anguſta, laevia vaginis craſſioribus.* Racemus *florum coarctatus in ſpicam, longitudine fere culmi, inaequalem.* Calycis *valvula exterior brevis, ovata, interior duplo longior.* Floſculi *diſtantes valvula exteriore oblonga, acuminata.* Antherae *flavae, utrinque bifidae.* Styli *plumoſi, albi.* Habitus *Feſtucae.*

55. POA *diſtans.*

P. paniculae ramis ſubdiviſis, floribus quinquefloris: floſculis diſtantibus obtuſis. *Mant. 32.*

Poa (*ſalina*) panicula diffuſa, ſpiculis ſeptemfloris lincaribus, culmo baſi ſubrepente, ſpicularum gluminis omnibus obtuſiſſimis. *Pollich. palat. n. 92. Roth. germ. I. 43. II. 119. Hoffm. germ. 30.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. p. 353.

Entfernblütiges Riſpengras. W.

Habitat in Auſtria. D. *Jacquin.* 24 (v. ſ.)

Statura *reliquarum Poae ſpecierum.* Culmi *adſcendentes, laeves, uti Folia.* Panicula *ſcabriuſcula.* Floſculi 4 *ſ.* 5, *obtuſi, ab apice ad medium corollae albi et adeo diſtantes, ut facile aſſumeretur pro Agroſtidis ſpecie, niſi calyx inquireretur; qua nota primo intuitu dignoſcitur.*

Secundum ſententiam Clariſſ. Vahl (*ſymbol. 2. p. 19.*) *eſt* Poa divaricata Gouani *eadem ſpecies; ſed ſpecimina ſicca a Generoſiſſ.* de Jacquin, *mihi miſſa, exacte cum P. Linnaei Spec. Plant. P. I.*

falina conveniunt, et Poa divaricata ab hac eſt diverſiſſima. W.

*56. POA *divaricata.*

P. paniculae ramis corymboſis, pedunculis clavatis, ſpiculis quadrifloris, foliis filiformibus. W.

P. paniculae ramis geminatis divaricatis, ſpiculis ſubquadrifloris. *Gouan. illuſt.* 4. *t.* 2. *f.* 1.*

Ausgebreitetes Riſpengras. W.

Habitat Monſpelii. ⊙ (v. ſ.)

57. POA *criſtata.*

P. panicula ſpicata, calycibus ſubpiloſis ſubquadrifloris pedunculo longioribus, petalis ariſtatis. *Pollich. n.* 96. *Leers. herb. n.* 73. *t.* 5. *f.* 6. *Hoffm. germ.* 50. *Roth. germ. I.* 45. *II.* 119.

Aira (*criſtata*) panicula ſpicata, calycibus ſubtrifloris pedunculo longioribus, petalis ſubariſtatis inaequalibus. *Sp. plant.* 2. *p.* 24. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 93. *n.* 24.

Feſtuca locuſtis biflоris, mucronatis, confertim imbricatis, panicula ſpicata. *Hall. helv. n.* 1444.

Gramen, ſpica criſtata ſubhirſutum. *Bauh. pin.* 13. *prodr.* 8. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 194. *ſ.* 8. *t.* 4. *f.* 7. *Scheuchz. gram.* 166.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 354.

Schmelenartiges Riſpengras. W.

Habitat in Germaniae, Angliae, Galliae, Helvetiae *ſicciоribus.* 4 (v. v.)

*58. POA *peruviana.*

P. panicula ſpicata, ſpiculis quinquefloris ovatis, foliis culmisque procumbentibus hirſutis. W.

Poa (*peruviana*) panicula ſpicata; ſpiculis ovatis, caulibus procumbentibus foliisque hirſutis. *Jacq. ic. rar.* 1. *t.* 18. *Collect.* 1. *p.* 107. *

Peruvianiſches Riſpengras. W.

Habitat in Peru. ⊙

*59 POA *glomerata.*

P. panicula ſpicata glomerata, ſpiculis quadrifloris, corollis ciliatis. *Thunb. prod.* 22.

Knaulblütiges Riſpengras. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

60. POA *ciliaris.*

P. panicula contracta, glumarum valvulis interioribus piloſo-ciliatis. *Syſt. Veg.* 99. *Swartz. obſ.* 39. * *Jacq. Coll.* 2. *p.* 338. *

P. panicula glomerata, glumarum valvulis interioribus piloſo-ciliatis. *Amoen. acad.* 5. *p.* 392. *

Gramen maderaſpatanum, ſpica interrupta totali e ſpicis parvis villoſis conſtructa. *Pluk. phyt.* 190. *f.* 5.

Briza tenuiſſima, paniculis quaſi lanuginoſis, pediculis brevibus et tenuiſſimis. *Brown. iam.* 135.

Gramen pratenſe, panicula et foliis anguſtiſſimis, ſpicis brevibus muticis, locuſtis minimis. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 114. *t.* 73. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 324.

Gefranztes Riſpengras W.

Habitat in Jamaica. ⊙ (v. v.)

Panicula *contracta, rubra, glumarum ciliis albis.*

** 61 POA *plumoſa.*

P. panicula diffuſa, calycibus ſexfloris, valvulis corollarum interioribus linearibus recurvis, dorſo ciliatis. *Retz. obſ.* 4. *p.* 20. *

Fedriges Riſpengras. W.

Habitat in India.

135. BRIZA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 115.

Cal. 2-valvis, multiflorus. *Spicula* diſticha valvulis cordatis, obtuſis: interiore minuta.

1. BRIZA *minor.*

B. ſpiculis triangulis, calyce floſculis (7) longiore. *Hort. cliff.* 23. *Roy. lugdb.* 63. *Hoffm. germ.* 31. *Roth. germ. I.* 40. *II.* 109.

Poa petiolis tenerrimis, locuſtis triangularibus. *Hall. helv. n.* 1449.

Gramen tremulum minus, panicula parva. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 4. *Scheuchz. gram.* 205. *t.* 4. *f.* 9.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 359.

Kleines Zittergras. W.

Habitat in Helvetia, Italia, Germania. ⊙ (v. v.)

2. BRIZA *virens.*

B. ſpiculis ovatis, calyce floſculis (7) aequali. *Sp. pl.* 103.

Gramen paniculatum minus, locuſtis magnis tremulis. *Tournef. inſt.* 523.

Houttuyn Linn. Pfl. Syſt. 12. *p.* 560.
Grünes Zittergras. W.
Habitat in Oriente, Hiſpania. ⊙ *Alſtroemer.* (v. ſ.)
Simillima B. mediae, *ſed* Folia *duplo latiora, planiora, decurrentia per ligulam acutam.* Panicula *ſimillima, copioſior, viridis nec purpuraſcens, ramulis magis ramoſis, divaricatiſſimis, nodis calloſis eos baſi deprimentibus.* Flores *paullo minores, dum comprimuntur facile decidui.*

3. BRIZA *media.*

B. ſpiculis ovatis, calyce floſculis (7) breviore. *Oed. dan. t.* 258. *Hort. cliff.* 23. *Fl. ſuec.* 80. 86. *Pollich. pal. n.* 97. *Leers. herb. n.* 64. *t.* 7. *f.* 2. *Roth. germ. I.* 40. *II.* 110.
Poa petiolis tenuiſſimis, locuſtis ovatis. *Hall. helv. n.* 1448.
Gramen tremulum vulgare minus, locuſtis rotundioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 205. *t.* 6. *f.* 45.
Gramen tremulum ſ. phalaroides minus, lata ſparſa panicula. *Barrel. ic.* 16. *Mouti. gram. ic.* 39. *Hall.*
Gramen tremulum. *Tabern.* 231.
Gramen tremulum majus. *Bauh. pin.* 2. *Schench. gram.* 204.
Houttuyn Linn. Pfl. Syſt. 12. *p.* 561.
Gemeines Zittergras. W.
Habitat in Europae *pratis ſiccioribus.* 4 (v. v.)

*4. BRIZA *geniculata.*

B. ſpiculis ovatis, calyce floribus breviore, culmo geniculato. *Thunb. prod.* 21.
Gebogenes Zittergras. W.
Habitat in Cap. b. ſpei.

5. BRIZA *capenſis.*

B. ſpiculis ovatis decemfloris, panicula coarctata. *Thunb. prod.* 21.
Poa *(brizoides)* panicula racemoſa, ſpiculis ovatis compreſſis octo ſ. novemfloris, culmo compreſſo. *Linn. ſuppl.* 110.
Capiſches Zittergras. W.
Habitat in Cap. b. ſpei. (v. ſ.)
Folia *verſus radicem.* Panicula *fere racemoſa.* Spiculae 8 — 11, *magnitudine Brizae mediae.* Pedicelli *ſimpliciſſimi.* Glumae *luteae, apicibus caeruleſcentibus.*

Variat ſpiculis duplo majoribus et 7 — 15 floris. W.

6. BRIZA *maxima.*

B. ſpiculis cordatis: floſculis ſeptendecim. *Hort. cliff.* 23. *Hort. upſ.* 20.

B. ſpiculis racemoſis. *Jacq. obſ.* 3. *p.* 10. *t.* 60.*

B. ſpica nutante ſimplici, ſpiculis alternis ſubſolitariis, pedunculis ſimplicibus bifidisque, calycibus quindecimfloris. *Gouan. hort.* 46.

Gramen tremulum maximum. *Bauh. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 202.

β. Briza (*monſpeſſulana*) ſpica nutante ſimplici, ſpiculis alternis pedunculatis ſubſolitariis ovatis, calycibus quinquefloris. *Gouan. hort.* 45. * *Allion. pedem. n.* 2220.

Gramen tremulum maximum. *Bauh. prod.* 5.

Gramen paniculatum minus locuſtis magnis tremulis. *Tournef.* 523.

Gramen phalaroides tremulum. *Barr. ic.* 23. *f.* 1. 2. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 12. *p.* 362.

Gröſtes Zittergras. W.

Habitat in Italia, Luſitania, Cap. b. ſpei, India. ⊙ (v. v.)

Panicula *potius Racemus eſt.*

7. BRIZA *Eragroſtis.*

B. ſpiculis lanceolatis, floſculis viginti. *Schreb. gram.* 2. *p.* 83. *t* 39 * *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 20. *Hoffm. germ.* 32. *Roth. germ. I. p.* 40. *II. p.* 110.

B. panicula ſpicata, ſpiculis lanceolatis. *Guett. ſtamp.* 1. *p.* 163.

Poa (*multiflora*) culmis ſimplicibus erectis, ſpiculis linearibus multifloris. *Forſk. deſcr.* 21

Poa locuſtis diſtichis decemfloris, calycibus acutis. *Hall. helv. n.* 1450.

Uniola calycibus diphyllis, ſpiculis ovato-lanceolatis. *Gron. virg.* 136.

Gramen paniculis elegantiſſimis. *Bauh. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 194. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 204. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 52.

Gramen Eranthemum ſ. Eragroſtis. *Barr. rar. t.* 43. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 12. *p.* 363.

Schönſtes Zittergras. W.

Habitat in Europa *auſtrali ad agrorum verſuras.* ⊙ (v. v.)

Culmi *decumbentes ramoſi rigidi geniculis rubris.* Ora *folio oppoſita barbata.* Spiculae *fuſcae.*

Poae Eragroſtidi *maxime affinis; an ſolo loco diverſa?*

136. UNIOLA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 116.

Cal. multivalvis. *Spicula* ovata carinata.

1. UNIOLA *paniculata.*

U. paniculata, ſpiculis ovatis.
U. calycibus polyphyllis. *Gron. virg.* 136.
Uniola. *Hort. cliff.* 23. *Roy. lugdb.* 63.
Gramen myloicophorum oxyphyllon carolinianum. *Pluk. alm.* 173. *t.* 32. *f.* 6. *Cateſb. car.* 1. *p.* 32. *t.* 32.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 365.
Riſpenblütiges Spitzgras. W.
Habitat in Carolina.

2. UNIOLA *mucronata.*

U. ſpica diſticha, ſpiculis ovatis, calycibus ſubariſtatis. *Sp. pl.* 104.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 366.
Zweyzeiliges Spitzgras. W.
Habitat in India. *Burmannus.*
Culmus *pedalis laevis.* Folia *anguſta glabra vaginis ſtriatis.* Spica *diſticha ex floribus* 11 *ſ.* 12, *alternis, diſtichis, ſubſeſſilibus, ovatis, glabris, ſeptemfloris.* Calyx *mucronatus fere in ariſtam.*

3. UNIOLA *ſpicata.*

U. ſubſpicata, foliis involutis rigidis. *Sp. pl.* 104.
Gramen parvum maritimum ſpicatum, foliis anguſtis rigidis. *Clayt.* 507.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 367.
Aehrenblütiges Spitzgras. W.
Habitat in Americae *borealis maritimis.*
Culmus *ſpithamaeus*, Foliis *alternis rigidis involuto-mucronatis.* Panicula *minima, coarctata, ut vix ſignum pedicellorum, ſecunda;* Calyx *et glumae carinatae floſculis quatuor.*

157. DACTYLIS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 117.

Cal. 2- valvis, compreſſus; altera valvula majore carinata.

1. DACTYLIS *cynoſuroides.*

D. ſpicis ſparſis ſecundis numeroſis, floribus arcte imbricatis, culmo erecto. *Ait. Kew.* 1. *p.* 103.

D. ſpicis ſparſis ſecundis ſcabris numeroſis. *Sp. pl.* 104. *Lin. faſc.* 1. *t.* 9. *

Gramen maritimum, ſpica craſſa dactyloide terminali, odore rancido, culmo albo. *Gron. virg.* 135.

Dactylis ſpicis alternis ſecundis inciſis erectis approximatis, calycibus unifloris ſubulatis. *Gron. virg.* 134.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 368.

Kammgrasartiges Knaulgras. W.

Habitat in Virginia, Canada. 4 (v. ſ.)

Culmus bipedalis, arundinaceus. Folia in culmo ſex, lata, culmo longiora, laeviſſima, margine ſcabra, incurva, pagina interiore glauciora. Spicae ſex ſ. plurimae, ſecundae, divergentes, paleaceae; floſculis imbricatis latere poſtico ſcabris. Calycibus unifloris carina ſcabris, mucronatis, floſculo longioribus, ſeſſilibus, ſecundis. Piſtillis villoſis longioribus.

2. DACTYLIS *ſtricta.*

D. ſpicis terminalibus ſubgeminis, floribus remotis adpreſſis, culmis foliisque ſtrictis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 104.

Dactylis cynoſuroides. *Loefl. it* 115. * *Hudſ. angl.* 43.

Spartum eſſexienſe, ſpica gemina. *Raj. angl.* 3. *p.* 393.

Steifes Knaulgras. W.

Habitat in maris littora Angliae, Luſitaniae. 4

3. DACTYLIS *ceſpitoſa.*

D. panicula ovata coarctata, undique ſpiculis imbricata. *Forſt. Comm. goett.* 9. *p.* 22. *

Raſen Knaulgras. W.

Habitat in Novi Anni inſulis, Terrae Statuum *proximis.* 4

Singuli ceſpites in tubercula ad duorum ſaepe pedum menſuram elevata, congeſti ſunt, in quorum ſummitatibus pelecani magellanici nidos ſuos ſtercoreos ut plurimum exſtruunt. Forſt. l. c.

4. DACTYLIS *glomerata.*

D. panicula ſecunda glomerata. *Schreb. gram.* 68. *t.* 8. *f.* 2. *Fl. ſuec* 1. *n.* 87. *Pollich pal. n.* 98. *Leers. herborn. n.* 57. *t.* 3. *Hoffm. germ.* 32. *Roth. germ. I. p.* 40. *II. p.* 109.

Cynoſurus panicula ſecunda glomerata. *Fl. ſuec.* 2. *n.* 85.

Bromus locuſtis quadrifloris, faſciculatis, imbricatis. *Hall. helv. n.* 1512.

Bromus glomeratus. *Scop. ed.* 2. *n.* 111.

Feſtuca paniculis partialibus ſecundis glomeratis. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 117. *n.* 52.

Poa floſculis confertis uno verſu diſpoſitis. *Hort. cliff.* 28. *Roy. lugdb.* 62.

Gramen ſpicatum folio aſpero. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 9. *Scheuch. gram.* 299. *Moriſ. hiſt.* 3. *f.* 8. *t.* 7. *f.* 38.

Gramen arvenſe, ſpica compacta avulſa. *Loeſ.* 101. *ic.* 23. R.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 369.

Gemeines Knaulgras. W.

Habitat in Europae *cultis, ruderatis.* 4 (v. v)

Calyx 4-*florus; vix tamen Feſtucis aſſocianda. Varietatem viviparam habet Pollich. l. c.* R.

*5. DACTYLIS *littoralis.* W.

D. panicula ſpicata, culmo repente, foliis ramorum ſterilium diſtichis, vaginis piloſis. W.

Poa (*littoralis*) panicula ſpicata ſecunda, foliis convolutis rigidis, culmo procumbente. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 19. *

Poa (*littoralis*) panicula coarctata ſecunda mutica, foliis convolutis rigidis, caule humifuſo. *Gouan. monſp.* 470.

Meerſtrands Knaulgras. W.

Habitat in maris littora Tergeſti, Galliae *auſtralis*, Hiſpaniae, *et ad littora arenoſa lacus* Siſarae Tuneti. 4 (v. f.)

Eſt vera Dactylis ſpecies, calycis valvulae ſunt carinatae inaequales, undecimflorae. W.

6. DACTYLIS *laevis.*

D. panicula coarctata, glumis laevibus. *Thunb. prod.* 22.

Dactylis (*capitata*) ſpicis capitatis laevibus, culmo proſtrato ramoſo. *Lin. ſuppl.* 110.

Glattes Knaulgras. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

Folia *graminea laevia, in culmo tria.* Culmi *craſſitie pennae gallinaceae ſesquipedales laeves.* Panicula *ſpicaeformis, quaſi conglomerata, ſuperne anguſtior palmaris, paleacei coloris.* Flores *ubique gemini depreſſi.* Calyx *bivalvis ſubquinqueflorus longitudine fere floris, valvula exteriore multum attenuata.* Corolla *oblonga mutica.*

**7. DACTYLIS *villoſa.*

D. panicula ſpicata, glumis villoſis. *Thunb. prod.* 22.
Haariges Knaulgras. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei.

**8. DACTYLIS *ſerrata.*

D. panicula coarctata, glumis carina ſerrulatis. *Thunb. prod.* 22.
Geſägtes Knaulgras. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei.

9. DACTYLIS *ciliaris.*

D. panicula ſpicata involucrata ovata, glumis ciliatis. *Thunb. prod.* 22.
D. ſpica capitata ſecunda, calycibus trifloris, caule repente. *Mant.* 185.
Houttuyn. Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 371.
Gefranztes Knaulgras. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei.
Caules *filiformes, articulati, repentes radiculis longis albis.* Culmi *palmares, adſcendentes, ſimpliciſſimi, laeves, articulo unico.* Folia radicalia *involuta, filiformia, laevia, longitudine culmi;* caulinum 1, *laeve, longitudine capituli: vagina ſubventricoſa.* Capitulum *terminale, ovatum, ſecundum:* Floribus *pluribus, ſeſſilibus.* Calycis Gluma *bivalvis, triflora, compreſſa, mucronata, longitudine corollae, dorſo ſub apice pilis ſparſis.* Corollae Gluma *exterior ovata, ſtriata, inferne barbata pilis albis.*

*10. DACTYLIS *hiſpida.*

D. panicula ſpicata ovata nuda, calyce hiſpido, geniculis barbatis. *Thunb. prod.* 22.
Scharfes Knaulgras. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei.

*11. DACTYLIS *geniculata.*

D. ſpicis terminalibus ternis clavatis. W.

Dactylis (*geniculata*) culmo geniculato, ſpicis diſtichis ternis, foliis linearibus plicatis mucronatis. *Burm. ind.* 28. *t.* 12. *f.* 3.
Dreyährriges Knaulgras. W.
Habitat in Java.

*12. DACTYLIS *brevifolia.*
D. ſpicis ſubgloboſis ſecundis ciliatis, foliis lanceolatis convolutis, vaginis ciliatis. W.
Dactylis brevifolia. *Koenig.*
Dactylis lagopoides. *Mant.* 33.
Gramen geniculatum foliis brevibus, aculeos mentientibus. *Pluk. phyt.* 177. *t.* 189. *f.* 3.
Kleinblättriges Knaulgras. W.
Habitat in Malabaria. 4 (v. ſ.)
Hanc ſpeciem Clariſſ. Koenig *miſit, et adnotavit eandem eſſe cum D. lagopoide Mantiſſae priniae, nec ſecundae nec Burmanni.* W.
Culmi *laeves proſtrati, ad genicula* Ramis *pluribus ſpiciferis.* Folia *laevia brevia, vagina ſtriata, absque ligula.* Pedunculi *ſubtomentoſi.* Spicae *facie capituli Pſyllii, ſecundae ſubrotundae muticae.* Calyces *pubeſcentes octoflori.* Floſculi *pubeſcentes. Media inter Cynoſuros, Dactyles, Poasque.* Mant. prima l. c.

*13. DACTYLIS *lagopoides.*
D. ſpicis ſubrotundis pubeſcentibus, culmo proſtrato ramoſo. *Mant.* 557.
Dactylis (*lagopoides*) ſpica compreſſa ſimplici, foliis divaricatis pungentibus. *Burm. ind.* 28. *t.* 12. *f.* 2.
Honttuyn. Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 372.
Haſenfuſsförmiges Knaulgras. W.
Habitat in Malabariae *arvis.* 4
Radix *perennis, fibroſa.* Culmi *palmares, plures, ramoſi, undique tecti vaginis foliorum.* Folia *patentia, ſubulata inſtar ſpinarum, baſi contracta, anguſtiora ſuis vaginis:* Spica *glomerata, ovata, pubeſcens.* Flores *ſeſſiles, multiflori, ſubſecundi.* Calyx *ſubaequalis: valvulis acutis, rigidis, ſtriatis.* Corollae *valvula exterior rigida, ſtriata, acuta; interior involuta, colorata.* Mant. ſcunda. l. c.

14. DACTYLIS *pungens.*
D. capitulo globoſo, calycibus multifloris, culmis erectis.
Schreb. gram. 2. *p.* 42. *t.* 27. *f.* 1. *

Gramen humile capitulis glomeratis pungentibus. *Shaw it.* 2. *p.* 111. *n.* 286.
Stechendes Knaulgras. W.
Habitat in Barbaria.

138. CYNOSVRVS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 118.

Cal. 2-valvis, multiflorus; *Recept.* proprium unilaterale, foliaceum.

1. CYNOSVRVS *criſtatus.*

C. bracteis pinnatifidis. *Hort. cliff.* 493. *Fl. ſuec.* 81. 88. *Schreb. gram.* 69. *t.* 8. *f.* 1. *Stillingfl. miſcell. t.* 11. *Oed. dan. t.* 238. *Pollich. pal. n.* 99. *Leers herborn. n.* 99. *t.* 7. *f.* 4. *Hoffm. germ.* 32. *Roth. germ. I. p.* 53. *II. p.* 155.
C. bracteis pinnatis retuſis. *Hall. helv.* 1545.
Phleum criſtatum. *Scop. carn.* 2. *n.* 81.
Gramen loliaceum, ſpicae locuſtis criſtatis. *Monti. gram. ic.* 23. *Hall.* R.
Gramen typhinum, plantaginis ſpica glumoſa heteromalla digitata majus. *Barrel. ic.* 27. *n.* 11. *Hall.* R.
Gramen pratenſe criſtatum, ſ. ſpica criſtata laevi. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 8. *Scheuch. gr.* 79.
Gramen criſtatum. *Bauh. pin.* 2. *p.* 468.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 374.
Gemeines Kammgras. W.
Habitat in Europae *pratis.* 4 (v. v.)

2. CYNOSVRVS *falcatus.*

C. ſpica ſecunda falcata, calyce lanceolato integro, corollis ciliatis. *Thunb. prod.* 23.
Melica (*Falx*) ſpica ſecunda compreſſa imbricata. *Lin. ſuppl.* 109.
Sichelförmiges Kammgras. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

Folia *graminea: in culmo duo alterna.* Culmus *ſesquipedalis laevis, geniculis duobus.* Spica *digitalis ſecunda compreſſa imbricata (Cynoſuri) ex foliolis lateralibus lanceolatis acuminatis trinerviis, floribus paulo longioribus, ſingulis pro ſingulo flore.* Flores *inter haec foliola, margine albo pubeſcentes.* Calyx *bivalvis ſemitriflorus, foliolis planis, (ſpicae foliola lateralia) interiore floſculo breviore.* Floſculi 2, *major, minor et rudimentum.* Corolla *majoris flos-*

culi bivalvis, valvula exteriori obovata, albo-ciliata obtusissima emarginata, interiori longa angustiori laevi lanceolata. Styli 2 *pubescentes.* Corolla *minoris floseuli similis majori, sed minor glabra absque stylis, (an staminibus?)* Stamina *non reperi, inquirenda in gramine hoc vere mirabili.*

3. CYNOSVRVS *echinatus.*

C. bracteis pinnato-paleaceis aristatis. *Roy. lugdb.* 64. *Roth. germ. I. p.* 53. *II. p.* 157.

C. bractearum dentibus lanceolato-linearibus. *Hall. helv. n.* 1546.

Gramen alopecuroides, spica aspera. *Bauh. pin.* 4. *Scheuch. gram.* 80. *t.* 2. *f.* 3. D.

Gramen alopecurum, spica aspera. *Barr. rar. t.* 123. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 12. *p.* 377.

Hakenförmiges Kammgras. W.

Habitat in Europa *australiori, Oriente.* ⊙ (v. v.)

Racemus *glomeratus, secundus.* Bracteae *ad flores tantum exterius, alternatim pinnatae, uniflorae, radiis in aristam desinentibus.* Cal. 2-*valvis,* 2-*florus, membranaceus, apice valde attenuatus.* Cor. 2-*valvis apice exteriori* Arista *recta.* Stylus *bifidus.*

*4. CYNOSVRVS *erucaeformis.*

C. spica composita: spiculis sparsis, fructiferis erectis, calycibus uni-biflorisque, glumis obtusis navicularibus, carina obtusa, corollis acuminatis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 105.

Phalaris (*erucaeformis*) panicula secunda lineari, calycibus bifloris. *Sp. pl.* 80.

Dactylis spicis numerosis alternis culmo adpressis longitudine internodiorum, calycibus bifloris. *Roy. lugdb.* 57. *Gmel. sib* 1. *p.* 130. *t.* 29.

Gramen palustre locustis erucaeformibus. *Barr. rar.* 1158. *t.* 29.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 209.

Raupenförmiges Kammgras. W.

Habitat in Sibiria, Russia, Europa *australi, et ad fretum* Hudsonis. 4 (v. v.)

Paspalum refert, sed valvulae floris modo contrario dehiscunt.

*5. CYNOSVRVS *paniculatus.*

C. spica composita ovata, calyce multifloro, gluma altera mucronata, corollis basi pilosis. *Thunb. prod.* 25.

Riſpenblütiges Kammgras. W.
Habitat in Cap. b. ſpei.

6. CYNOSVRVS *Lima.*

C. ſpica ſecunda, calycis gluma interiore ſpiculis ſubjecta. *Loefl. it.* 41. *Cavan. ic.* 1. *p.* 62. *t.* 91.
Wangenheimia diſticha. *Moench. method.* 200.
Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 377.
Feilenförmiges Kammgras. W.
Habitat in Hiſpania. ⊙ (v. v.)
Gramen vix ſpithamaeum. Foliorum vaginae tumidiuſculae, folio ipſo parvo. Spica ſecunda, arcte imbricata, oblonga, ex floribus ſecundis, ſeſſilibus, duplici ſerie, compreſſo-carinatis: calycina valvula exteriore compreſſa, majore; flores ſinguli conſtant floſculis 5.

7. CYNOSVRVS *durus.*

C. ſpiculis ſecundis alternis ſeſſilibus rigidis obtuſis appreſſis. *Pollich. pal. n.* 100. *t.* 1. *f.* 1. *Hoffm. germ.* 32.
Lolium procumbens, ſpica diſticha, locuſtis teretibus triflöris. *Hall. helv. n.* 1419.
Poa dura. *Scop. carn. ed.* 2. *n.* 101. *Roth. germ. I.* 43. *II.* 121.
Gramen loliaceum majus ſupinum ſpica multiplici. *Bauh. prodr. p.* 19.
Gramen arvenſe, polypodii panicula craſſiore. *Barr. ic.* 1213. *t.* 50.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 378.
Hartes Kammgras. W.
Habitat in Europa *auſtrali*, *etiam* Halae, *et abunde in* Thuringia; *in* Palatinatu. ⊙ (v. v.)
Culmi *ex eadem radice pauci, vix palmares, procumbentes.* Folia *laevia.* Spica *ſecunda*: Spiculis *ſecundis duorum ordinum, abſque involucro.* Spiculae *rigidae triflorae, lineares, obtuſae, laeves.* Floſculi *compreſſi, mutici.*

*8. CYNOSVRVS *retroflexus.*

C. ſpica compoſita, ſpiculis aggregatis, calycibus biflöris ariſtatis, floſculis muticis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 20.
Gebogenes Kammgras. W.
Habitat in India *orientali.*

*9. CYNOSVRVS *ſphaerocephalus.*

C. bracteis integris ſubdentatis, corollis ariſtatis, ſpica globoſa. W.

Cynoſurus *(ſphaerocephalus)* bracteis integris lacero-dentatis, ſpicis globoſis. *Jacq. ic. rar.* 1. *t.* 20. *Miſc.* 2. *p.* 71. *

Seſleria *(ſphaerocephala)* caule ſimplici nudo, ſpica ſubrotunda involucrata. *Arduin. ſpec. p.* 20. *tab.* 2.

Kugelblütiges Kammgras. W.

Habitat in ſummis alpibus Carinthiacis, Italicis. 4 (v. ſ.)

10. CYNOSVRVS *caeruleus.*

C. bracteis integris ſubdentatis, corollis mucronatis, ſpica oblonga. W.

C. bracteis integris. *Hort. cliff.* 495. *Fl. ſuec.* 82. 89. *Roy. lugdb.* 64. *Gouan. illuſtr.* 4. *Hoffm. germ.* 32. *Roth. germ. I.* 53. *II.* 156.

C. bracteis integris lacero-crenatis, ſpica oblongo-ovata. *Jacq. ic. rar.* 1. *t.* 21. *Miſc.* 2. *p.* 66. *

Aira (*varia*) foliis planis, ſpica ſubovata denſa. *Jacq. vindb.* 15.

Seſleria (*caerulea*) culmo ſimplici, ſpica ſubcylindrica. *Ard. ſpec.* 2. *p.* 18. *t.* 6. *f.* 3. 4. 5.

Seſleria locuſtis unifloris imbricatis, flore tricorni. *Hall. helv.* 1446.

Seſleria caerulea. *Scop. carn. n.* 90.

Gramen glumis variis. *Bauh. pin.* 10. *prodr.* 21. *Scheuch. gram.* 83. *t.* 2. *f.* 9. *A. B.*

Gramen phalaroides montanum, ſpica verſicolore. *Mant. prodr.* 48. *Seguier. ver. app.* 153.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 379.

Blaues Kammgras. W.

Habitat in Europae *paſcuis uliginoſis, pratis, ad rupes* Helvetiae, *et* Halae *ad ſalinas. Leyſſer.* 4 (v. v.)

11. CYNOSVRVS *Uniolae.*

C. ſpica ſolitaria diſticho-ſecunda, calyce multifloro mucronato, corollis baſi villoſis. *Thunb. prod.* 23.

C. ebracteatus, ſpica ſecunda, ſpiculis bifariis alternantibus adpreſſis ovatis carinatis obliquis. *Lin. ſuppl.* 110.

Spitzgrasartiges Kammgras. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

Gramen *glaberrimum. Facies Uniolae, ſed calyx bivalvis, nec multivalvis.* Spica *linearis.* Spiculae

ſeſſiles, rachidi adpreſſae bifariae, alternantes ad latera patentes, obliquae glaberrimae multiflorae.

*12. CYNOSVRVS *filiformis.*

C. ſpica ſolitaria diſticha, calycibus ſubulatis trifloris, floſculo ſterili mutico. *Vahl. ſymbol. 2. p. 20.* *

Fadenförmiges Kammgras. W.

Habitat in India.

*13. CYNOSVRVS *monoſtachyos.*

C. ſpica terminali, calycibus ſubulatis ſubtrifloris, floſculis ariſtatis unilateralibus. *Vahl. ſymbol. 2. p. 20.* *

Einähriges Kammgras. W.

Habitat in India *orientali.*

14. CYNOSVRVS *coracanus.*

C. ſpicis digitatis incurvatis, culmo compreſſo, erecto, foliis ſuboppoſitis. *Syſt. veg. p. 100. Schreb. gram. 2. p. 71. t. 35.*

Gramen Dactylon aegyptiacum. *Bauh. pin 7. theatr. 110.*

Gramen Dactylon americanum minus. *Scheuch. gram. 107.*

Gramen Dactylon orientale majus frumentaceum, ſemine napi. *Pluk. alm. p. 174. t. 91. f. 5. Raj. ſuppl. 606.*

Panicum gramineum ſ. Naatsjoni. *Rumph. amb. 5. p. 203. t. 76. f. 2.*

Noem et Sabil. *Veſl. aegypt. 52. t. 53.*

Tlitti-Pullu. *Rheed. mal. 12. p. 149. t. 78.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. p. 383.

Krummähriges Kammgras. W.

Habitat in India. ⊙ (v. v.)

Culmi *quadripedales, erecti, compreſſi, foliorum petiolis obtecti.* Folia *longiora, bifaria, margine et pagina ſuperiore, inprimis verſus fauces, pilis raris longis villoſa*; Vaginis *oppoſitis, compreſſis, amplexicaulibus.* Spicae 4 *f.* 6, *terminales, raro unica inferiore, ſtriatae, erectiuſculae, digiti longitudine; matureſcentes ſpicae latiores evadunt et ſaepe incurvantur. Spicularum* Raches *depreſſae, latere interiore Floribus alternis, extrorſum ſeſſilibus.* Flores *ovato-oblongi, compreſſi, mutici, rachi adpreſſi.* Calyces 4-*flori, valvula interiore inferiore et minore, utraque vero compreſſa carinata, uti corolla.* Semina *ſubgloboſa, magna, quadruplici ſerie, tumentia, nuda.*

*15. CYNOSVRVS *floccifolius.*

C. ſpicis linearibus rectis, foliis conduplicatis, margine alterne barbatis. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 10.

Cynoſurus (*floccifolius*) ſpicis linearibus, inferioribus alternis, ſupremis geminis, foliis alternis, margine alterne flocciferis. *Forſk. deſcr.* 21. *n.* 73. *

Federblättriges Kammgras. W.

Habitat in Arabia.

*16. CYNOSVRVS *penicillatus.*

C. ſpicis digitatis, calycibus quadrifloris dorſo ariſtatis, petalis exterioribus hermaphroditi ariſtatis, penicillis barbatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 21. *

Pinſelförmiges Kammgras. W.

Habitat in India *orientali.*

*17. CYNOSVRVS *paſpaloides.*

C. ſpicis digitatis, calycibus biſloris ſubgloboſis, valvula exteriore calycis ariſtata, floſculis muticis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 21. *t.* 27. *

Chloris (*petraea*) ſpicis digitatis ſenis ſecundis, corolla margine membranacea ciliata. *Thunb. prod.* 20.

Andropogon capenſe. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 12. *p.* 759. *t.* 93. *f.* 3.?

Pfannengrasartiges Kammgras. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

Chloris petraea Swartz. prod. 25. *eſt longe alia planta.* W.

18. CYNOSVRVS *aegyptius.*

C. ſpicis digitatis quaternis obtuſis patentiſſimis mucronatis, calycibus mucronatis, caule repente, foliis oppoſitis. *Sp. pl.* 106.

Cynoſurus ſpicis quaternis terminalibus horizontalibus. *Roy. lugdb.* 64.

Gramen iſchaemum malabaricum ſpecioſius, longioribus mucronatis foliis. *Pluk. alm.* 175. *t.* 300. *f.* 8.

Gramen Dactylon aegyptiacum. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 110. *Roy. lugdb.* 109. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 184. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 7. *Scheuch. gram.* 109.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 383.

Aegyptiſches Kammgras. W.

Habitat in Africa, Aſia, America. ⊙ (v. v.)

Culmus *laevis, geniculatus, in genua procumbens.* Spiculae 4. *ſ.* 5, *horizontales rachi mucronata ultra*

flores protenſa. Flores *alterni, diſtichi.* Calyces *biflori, mutici.*

19. CYNOSVRVS *indicus.*

C. ſpicis digitatis linearibus, culmo compreſſo declinato baſi nodoſo, foliis alternis. *Sp. pl.* 106. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 21.

Cynoſurus ſpicis aggregatis terminalibus deorſum ariſtatis. *Roy. lugdb.* 65.

Panicum (*compreſſum*) ſpicis digitatis ſecundis compreſſis, ſpiculis ſolitariis bifariam imbricatis. *Forſk. deſcript.* 18.

Gramen Dactyloides ſpicis deorſum ariſtatis. *Burm zeyl.* 106. *t.* 47. *f.* 1.

Gramen vaccinum femina. *Rumph. amb.* 6. *p.* 10. *t.* 4. *f.* 2.

Kanara-pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 131. *t.* 69.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 386.

Indiſches Kammgras. W.

Habitat in Indiis. ⊙ (v. v.)

A caſu ſeminum remanent Spicae pectinatae glumis calycinis, quarum laterales patent carina ſcabra. Calyces *ſubquadriflori.*

20. CYNOSVRVS *virgatus.*

C. panicula ramis ſimplicibus, floribus ſeſſilibus ſubſexfloris: ultimo ſterili; infimis ſubariſtatis. *Amoen. acad.* 5. *p.* 393. *

Gramen loliaceum panicula e ſpicis ſimplicibus teretibus, ſpicillis minimis compreſſis diſtichis alternis. *Brown. jam.* 137.

Gramen Dactylon panicula longa e ſpicis plurimis gracilioribus mollibus conſtante. *Sloan. jam.* 34. *hiſt.* 1. *p.* 113. *t.* 70. *f.* 2.

β. Cynoſurus (*domingenſis*) paniculae ramis ſimplicibus, ſpiculis ſubſeſſilibus ſubquinquefloris, floſculis omnibus ariſtatis. *Jacq. ic. rar.* 1. *t.* 22. *Miſc.* 2. *p.* 363. * *Swartz. obſ.* 40.

Bromus (*capillaris*) panicula patula laxa ſubnutante capillari, ramis omnibus ſimplicibus alternis baſi piloſis, ſpiculis alternis ſeſſilibus 4 — 5-floris compreſſis, ariſta brevi recta. *Moench. method.* 194. *

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 383 *et* 388.

Ruthenförmiges Kammgras. W.

Habitat in Jamaica. 2 (β. v. v.)

21. CYNOSVRVS *aureus.*

C. paniculae ſpiculis ſterilibus pendulis ternatis, floribus ariſtatis. *Sp. pl.* 107.

Gramen barcinonenſe, panicula denſa aurea. *Tournef. inſt.* 525. *Shaw. afric.* 232. *f.* 232.

Gramen panicula pendula aurea. *Bauh. pin.* 3. *theatr.* 33. *Scheuch. gram.* 149.

Gramen ſciurum ſ. alopecurum minus, heteromalla panicula. *Barr. rar.* 1180. *t.* 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 389.

Goldenes Kammgras. W.

Habitat in Europa *auſtrali, inter ſaxa et rupes, et in* Oriente. ⊙ (v. v.)

Spiculae *ternatae, ſteriles: Calyce bivalvi, lineari, acuminato, involvente Glumas plurimas, ſolitarias, alternas ovatas, obtuſas, concavas, absque valvula minore, ſtaminibus aut piſtillis; nequeunt commode dici flores, ſed potius pro involucris haberi; Flores bini ad baſin ſpicularum, Calyce lineari, longitudine floſculorum bifloro; Floſculo inferiori ſeſſili: Gluma exteriore ovata, infra apicem ariſta longa recta; interiore angustiſſima.* Floſculus alter, *pedunculo longitudine floſculi prioris, minor, ſimillimus; tertii floſculi ſolum rudimentum apparet.*

139. FESTVCA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 119.

Cal. 2-valvis. *Spicula* oblonga teretiuſcula, glumis acuminatis.

* *Panicula ſecunda.*

1. FESTVCA *bromoides.*

F. panicula ſecunda, ſpiculis erectis laevibus, calycis altera valvula integra, altera acuminata. *Sp. pl.* 110. *Hoffm. germ.* 53. *Roth. germ. II.* 124.

Feſtuca ſpicis erectis ad unum latus, palea altera calycina minima, altera acuminata. *Roy. lugdb.* 68.

Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis ariſtatis unam partem ſpectantibus. *Raj. angl.* 3. *p.* 415. *hiſt.* 1287. *Pluk. alm.* 174. *t.* 33. *f.* 10. *Scheuch. gram.* 297.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 392.

Treſpartiger Schwingel. W.

Habitat in Anglia, Gallia. ⊙ (v. ſ.)

Differt a F. Myuro paniculâ ſubſpicatâ, glumis non ciliatis. Similis *F. ovinae, ſed foliis latioribus.*

*2. FESTVCA *tenella.* W.

F. panicula ſimpliciſſima ſecunda, ſpiculis ſubnovemfloris ariſtatis. W.

Zarter Schwingel. W.

Habitat in America *boreali.* ⊙ (v. v.)

Culmus *filiformis teres ſuperne ſulcatus ſubtetragonus, pedalis glaber, baſi ramoſus.* Folia *culmea et radicalia glabra linearia anguſtiſſima biuncialia.* Ligula *truncata.* Panicula *ſimpliciſſima ſecunda.* Spiculae *laete virides pedunculatae* 6 — 9-*florae diſtichae.* Pedunculi *apice incraſſati.* Calyx *ſubaequalis.* Corollae *gluma exterua apice ariſtata, carina ſcabriuſcula.* W.

3. FESTVCA *ovina.*

F. panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiuſculo, foliis ſetaceis. *Flor. ſuec.* 95. 91. *Stillingfl. miſcell. t.* 8. *Pollich. pal. u.* 101. *Leers herborn. n.* 74. *t.* 8. *f.* 3. 4. *Roth. germ. I.* 44. *II.* 124. *Hoffm. germ.* 53.

F. foliis peranguſtis, panicula ſtricta, locuſtis quinquefloris ſubhirſutis. *Hall. helv. n.* 1442.

Poa foliis ſetaceis compreſſis: caulino latiore, panicula contracta ſecunda, corollis acuminato-ariſtatis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 184.

Poa foliis ſetaceis, panicula ramoſa, floribus petiolatis antrorſum ſpectantibus, glumis ſubulatis. *Roy. lugdb.* 62.

Poa ſpiculis ovato-anguſtis ariſtato-acuminatis. *Fl. lapp.* 55.

Gramen, foliis junceis brevibus, majus, radice nigra. *Bauh. pin.* 5. *prodr.* 34. *Scheuch. gram.* 279.

Gramen criſtatum, paniculis nigricantibus. *Loeſ. pruſſ.* 110. *t.* 24.

Gramen foliis junceis brevibus minus. *Bauh. pin.* 73. *Hall.* R.

Gramen capillatum, locuſtis pennatis non ariſtatis. *Vaill. pariſ.* 92. *Scheuchz. gram.* 275. *Leers. l. c.*

Habitat in Europae *collibus apricis aridis vulgatiſſimum.* 2 (v. v.)

β. Feſtuca *vivipara.*

F. ſpiculis viviparis. *Fl. ſuec.* 1. *n.* 94.

Gramen paniculatum ſparteum alpinum, panicula anguſto-ſpadiceo viridi, proliferum. *Scheuch. gram.* 213. *t.* 1. *Raj. angl.* 3. *t.* 22. *f.* 1.
Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 395.
Schaaf-Schwingel. W.
Habitat in alpibus Lapponiae, Helvetiae, Scotiae. 4 (v. v.)

4. FESTVCA *rubra.*

F. panicula ſecunda ſcabra, ſpiculis ſexfloris ariſtatis: floſculo ultimo mutico, culmo ſemitereti. *Flor. ſuec.* 93. 92. *Stillingfl. miſc. t.* 9. *Pollich. pal. n.* 103. *Leers. herb. n.* 76. *t.* 8. *f.* 1. *Hoffm. germ.* 53. *Roth. germ. I. p.* 45. *II. p.* 125.
F. foliis peranguſtis, locuſtis quinqueflоris, teretibus, ariſtatis, oris membranaceis. *Hall. helv. n.* 1440.
Gramen alpinum pratenſe, panicula duriore laxa ſpadicea: locuſtis majoribus. *Scheuch. gram.* 287.
Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 395.
Rother Schwingel. W.
Habitat in Europae *ſterilibus ſiccis.* 4 (v.v.)
Magnitudine, colore maturitatis rubro, foliis latioribus, culmo tereti, ſed altero latere planiuſculo, diſtinguitur a F. ovina.
A Feſtuca duriuſcula *foliis caulinis latioribus, planis ſpiculis paulo majoribus, panicula praeterea laxiore; a* F. myuros *foliis radical. ſetaceis, ariſtis inſuper valde brevibus differt.* Pollich. l. c. R.

*5. FESTVCA *pumila.*

F. panicula ſubaequali ſtricta pauciflora, ſpiculis teretibus quadrifloris glabris ſubariſtatis, foliis ſetaceis.
Feſtuca (*pumila*) foliis ſetaceis duriuſculis, panicula collecta, ſpiculis teretibus ſubquadrifloris ſubariſtatis. *Vill. delph.* 2. *p.* 102. *
Feſtuca varia. *Jacq. Collect.* 2. *p.* 94. *
F. panicula ſtricta, locuſtis teretibus quadrifloris. *Hall. helv. n.* 1439.
Bunter Schwingel. W.
Habitat in alpibus Delphinatus, Helvetiae, Styriae. 4 (v. ſ.)

6. FESTVCA *amethyſtina.*

F. panicula flexuoſa, ſpiculis ſecundis inclinatis ſubmuticis, foliis ſetaceis. *Roy. lugdb.* 68. *Roth. germ. I. p.* 45. *II. p.* 126. *Hoffm. germ.* 33.

Gramen montanum, foliis capillaribus longioribus, panicula heteromalla ſpadicea et velut amethyſtina. *Scheuch. gram.* 276.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 396.

Blauer Schwingel. W.

Habitat in Italia, Gallia, Anglia, Helvetia. 24

Varietas *F. ovinae. Hall. helv. n.* 1442. *γ.* R.

7. FESTVCA *reptatrix.*

F. paniculae ramis ſimplicibus, ſpiculis ſubſeſſilibus. *Sp. pl.* 108.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 396.

Kriechender Schwingel. W.

Habitat in Arabia, Palaeſtina. 24

Radix *craſſitie pennae anſerinae, longiſſime reptans ſub terra, veſtita latis foliorum rudimentis.* Culmus *plus quam ſeſquipedalis.* Folia *involuto-filiformia.* Panicula *oblonga ramis alternis, ſecundis, ſimpliciſſimis, quibus inſident*: Spiculae *ſeſſiles, alternae, plurimae, lanceolatae, ſexflorae, acuminatae, muticae.*

8. FESTVCA *heterophylla.*

F. foliis laxis, radicalibus ſetaceis, caulinis planis latioribus, panicula rara ſecunda, ſpiculis ſubſexfloris lanceolatis glabris ariſtatis. *Jacq. Collect.* 2. *p.* 93. *

Feſtuca foliis radicalibus ſetaceis, caulinis latioribus locuſta ſeptiflora. *Hall. hiſt. n.* 1438.

Verſchiedenblättriger Schwingel. W.

Habitat in alpibus Auſtriacis, Helveticis. 24.

9. FESTVCA *duriuſcula.*

F. panicula ſecunda oblonga, ſpiculis ſexfloris oblongis laevibus, foliis ſetaceis. *Pollich. pal. n.* 102. *Leers. herb. n.* 75. *t.* 8. *f.* 2. *Roth. germ. I. p.* 43. *II. p.* 126. *Hoffm. germ.* 33.

F. foliis peranguſtis, panicula ſtricta, locuſtis diſtichis ariſtatis glabris ſeptifloris. *Hall. helv. n.* 1437.

F. panicula nutante inferne ramoſa, ſpicis adſcendentibus hiſpidis, foliis ſetaceis. *Roy. lugdb.* 68.

Gramen pratenſe, panicula duriore laxa unam partem ſpectante. *Raj. hiſt.* 128. *angl.* 3. *p.* 413. *t.* 19. *f.* 1. *Scheuch. gram.* 285.

Gramen foliis junceis brevibus minus. *Bauh. pin.* 5.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 387.

Harter Schwingel. W.

Habitat in Europae *pratis ſiccis.* 24 (v. v.)

Convenit cum F. dumetorum *Foliis radicalibus filiformibus canaliculatis; caulinis planis gramineis; differt vero glumis laevibus.*

Foliis *radicalibus et caulinis ſetaceis, ſpiculis parvis ovatis, breviſſime ariſtatis, panicula itidem contractiore facile a* F. rubra diſtinguitur; *a* F. ovina *culmo tereti et eo diſcrepat, quod ſpiculae continuo in ariſtam breviſſimam terminantur. Pollich. l. c.* R.

10. FESTVCA *dumetorum.*

F. panicula ſpiciformi pubeſcente, foliis filiformibus. *Flor. dan. t.* 700. *Roth. germ. I. p.* 45. *II. p.* 127. *Hoffm. germ.* 34.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 398.

Hecken-Schwingel. W.

Habitat in Hiſpania, Dania. 4

Culmi *pedales ſ. ſeſquipedales, ſiliformes, teretes geniculis duobus tumidis.* Folia *radicalia pedalia, teretia, vix ancipitia; caulina breviora, canaliculata.* Panicula *parva, quaſi ſpicata.* Spiculae 10 *ſ.* 12 *oblongae, pubeſcentes, caneſcentes: inferiores geminae, pedicellatae; ſuperiores ſeſſiles, ſolitariae.* Glumae *terminatae ariſta minuta. Figura Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 2. *f. ult. hanc refert. Bulbi ſaepe prognaſcuntur intra vaginas culmi. Affinis valde F. duriuſculae.*

11. FESTVCA *Myurus.*

F. panicula ſpicata, calycibus minutiſſimis muticis, floribus ſcabris: ariſtis longis. *Pollich. pal. n.* 104. *Leers herborn. n.* 77. *t.* 3. *f.* 5. *Roth. germ. I. p.* 55. *II. p.* 128. *Hoffm. germ.* 34.

F. foliis ſetaceis, panicula erecta, locuſtis glabris, longius ariſtatis. *Hall. helv. n.* 1443. *Hofer. Act. helv.* 2. *p.* 143.

F. panicula ſpicata nutante, calycibus minutiſſimis muticis, floribus ſcabris longius ariſtatis. *Roy. lugdb.* 68.

Gramen feſtuceum myurum, minori ſpica heteromalla. *Barr.* 1. *t.* 99. *f.* 1. *Scheuch. gram.* 194.

Gramen murorum, ſpica longiſſima. *Raj. ang.* 3. *p.* 415. *hiſt.* 286. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 215. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 43.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 398.

Mauſeſchwanzartiger Schwingel. W.

Habitat in Anglia, Italia, Barbaria, Germania, Helvetia. ⊙ (v. v.)

Ariſta *vere ſub apice oritur. Haller.*

*12. FESTVCA *sciuroides.*

F. panicula secunda racemosa, calycibus abbreviatis, floribus diaphanis scabris, aristis longis. *Roth. germ. I. p.* 46. *II. p.* 130. *Hoffm. germ.* 34.

Gramen bromoides pumilum juncifolium longius striatum. *Schench. Agrost.* 291.

Eichhornschwanzartiger Schwingel. W.

Habitat in agris et arvis Ducatus Oldenburgensis *et* Bremensis. ⊙ (v. s.)

Differt a F. Myuro, *cui simillima*: culmo *erecto, supra medium nudo, nec obliquo, foliorum vaginis nudique tecto usque ad paniculam;* foliis *planis, siccatis tantum convoluto-filiformibus, nec setaceis;* ligula *multo minori fusca;* panicula *duplo fere minori erecta, a vagina summi folii longe remota, nec nutante, vix plane e summi folii vagina egrediente;* pedunculis *omnibus solitariis nec inferioribus geminis seu ternis;* glumis *paulo majoribus acutioribus;* corollis *dorso scabrinsculis, nec hispidis aut pubescentibus.* Roth. l. c.

*13. FESTVCA *uniglumis.*

F. panicula subsimplici coarctata secunda erecta aristata, calyce univalvi, flosculis distantibus. *Ait. Kew. 1. p.* 108.

Lolium (*bromoides*) panicula secunda simplici, spiculis aristatis. *Hudf. angl.* 55. *

Festuca avenacea sterilis, paniculis confertis erectioribus, aristis brevioribus. *Raj. synop.* 413. *t.* 16. *f.* 2.

Einspelziger Schwingel. W.

Habitat in littoribus maritimis Angliae. ⊙

14. FESTVCA *spadicea.*

F. panicula erecta, spiculis ovatis quadrifloris, glumis acuminatis muticis, foliis setaceis glabris pungentibus. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond. I. p.* 113. *t.* 10. *II. p.* 101.

F. panicula secunda, calycibus quinquefloris: flosculo ultimo sterili, foliis laevibus. *Syst. Veg. p.* 101. *Gouan. illustr.* 4. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 22.

Poa panicula erecta, spiculis trifloris glabris, corollis acuminatis, calyce duplo longioribus. *Ger. prov.* 91. *t.* 2. *f.* 1

Poa culmo recto, locustis trifloris glaberrimis, calycibus aristatis. *Hall. hist.* 1463.

Poa Gerardi. *Allion. pedem. n.* 2201.

Anthoxanthum (*paniculatum*) floribus paniculatis. *Sp. plant.* 40. *Amoen. acad.* 1. *p.* 145.

Gramen ſparteum, panicula flaveſcente. *Rudb. Elyſ. p.* 40. *f.* 14.

Gramen paniculatum alpinum radice craſſiſſima, foliis rigidis ſtriatis et aſperis, panicula fuſca non ariſtata. *Mich. hort. Piſan.* 74.

Gramen montanum panicula ſpadicea craſſiore. *Tournef. inſt.* 524.

Nardus ſpuria narbonenſis. *Bauh. pin.* 13.

Nardus Gangitis ſpuria Narbonae. *Lob. adverſ.* 43. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 12. *p.* 59. *et* 399.

Brauner Schwingel. W.

Habitat in pratis et paſcuis alpinis Helvetiae, Galliae, Italiae. 4

Altitudo 4-*pedalis*. Flores *magni F. elatioris: floſculis magis diſtantibus acutis baſi ſubnodoſis*. Stamina *violacea*.

*15. FESTVCA *ſcabra*.

F. panicula ſecunda coarctata erecta, ſpiculis compreſſis ſexfloris, floſculis ſcabris. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 21. *

Scharfer Schwingel. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei.

* * *Panicula aequali.*

16. FESTVCA *fuſca*.

F. panicula erecta ramoſa, ſpiculis ſeſſilibus carinatis muticis. *Sp. pl.* 109.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 404.

Dunkelbrauner Schwingel. W.

Habitat in Palaeſtina.

Culmus *altus*, *ramoſus*. Folia *e vaginis latiuſculis, anguſta, longitudinaliter involuta, longa, ſubulata*. Panicula *erecta, ramoſa et ſubdiviſa*. Spiculae *erectae, pollicares, longae, carinatae, muticae, obſcurae: floſculis* 16 *f.* 24.

17. FESTVCA *decumbens*.

F. panicula erecta, ſpiculis ſubovatis muticis, calyce floſculis majore, culmo decumbente. *Fl. ſuec.* 92. 93. *It. ſcan.* 226. *Oed. dan. tab.* 162. *Pollich. pal. n.* 105. *Leers. herborn. n.* 78. *t.* 7. *f.* 5. *Hoffm. germ.* 54. *Roth. germ. I. p.* 46. *II. p.* 131.

Feſtuca locuſtis teretibus muticis octifloris, floſculis alternis imperfectis. *Hall. helv. n.* 1434.

Gramen montanum avenaceum, locuſtis muticis tumentibus, piloſum. *Schenchz. gram.* 170.
Gramen triticeum paluſtre humilius, ſpica mutica breviore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 177. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 6.
Gramen avenaceum parvum procumbens, paniculis non ariſtatis. *Raj. angl.* 3. *p.* 408. *hiſt.* 1288. *Pluk. alm.* 174. *t.* 34. *f.* 1. *Mont. prodr.* 53. *t.* 2. *f.* 1.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 404.
Niederliegender Schwingel. W.
Habitat in Europae *paſcuis ſterilibus.* 24 (v. v.)
Calyces 3-*flori. Melicae affinis.* (*Ad* Melicas *pertinere Hall. l. c.* R.)

*18. FESTVCA *pauciflora.*

F. panicula patula, ſpiculis ſubquadrifloris ariſtatis ſcabris, foliis villoſis. *Thunb. jap.* 52. *
Sparſamblütiger Schwingel. W.
Habitat in Japonia.

19. FESTVCA *elatior.*

F. panicula ſecunda erecta, ſpiculis ſubariſtatis: exterioribus teretibus. *Schreb. gram.* 34. *t.* 2. *Fl. ſuec.* 91. 94. *Pollich. pal. n.* 106. *Leers. herborn. n.* 79. *t.* 8. *f.* 6.
Poa foliis latis aſperis, locuſtis teretibus, muticis, glumarum oris membranaceis. *Hall. helv. n.* 1451.
Feſtuca panicula ſpicata, ſpiculis uno verſu inclinatis ſubmuticis. *Roy. lugdb.* 68.
Gramen loliaceum panicula multiplici et ſpicata. *Schench.* 200. *Hall.*
Gramen loliaceum, ſpica diviſa, pratenſe majus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 184. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 15.
Gramen ſpartum, ſpica brizae paniculata et corniculata. *Barr. rar.* 1154. *t.* 25.
Gramen paniculatum elatius, ſpicis longis muticis ſquamoſis. *Vaill. pariſ.* 92. *Scheuchz.* 202.
Gramen arundinaceum, ſpica multiplici, Calamagroſtis. 1. *Bauh. pin.* 6. *ex Vaillant.*
β. Gramen pratenſe majus, locuſtis tumidis. *Buxb. cent.* 5. *app. p.* 41. *t.* 16.
Gramen arundinaceum aquaticum, panicula avenacea. *Raj. angl.* 3. *p.* 411.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 400.
Hoher Schwingel. W.
Habitat in Europae *pratis fertiliſſimis.* 24 (v. v.)

20. FESTVCA *fluitans.*

F. panicula ramoſa erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. *Flor. ſuec.* 90. 95. *Stillingfl. miſc. t.* 10. *Oed. dan. t.* 237. *Schreb. gram.* 37. *t.* 3. *Pollich. pal. n.* 107. *Leers. herb. n.* 80. *t.* 8. *f.* 5. *Hoffm. germ* 35. *Roth. germ. I.* 47. *II.* 132.

Poa locuſtis teretibus multifloris, glumis floralibus exterioribus truncatis, interioribus bifidis. *Hall. helv. n.* 1453.

Poa ſpiculis oblongis erectis. *Hort. cliff.* 28. *Roy. lugdb.* 62.

Gramen mannae eſculentum prutenicum. *Loeſel. pruſſ. p.* 108. *ic.* 21. *mala.* R.

Gramen aquaticum fluitans, multiplici ſpica. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 41. *Schench. gram.* 199.

Gramen loliaceum fluitans, ſpica longiſſima diviſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 183. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 16.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 306.

Elsbarer Schwingel. W.

Habitat in Europae *foſſis et paludibus.* 4 (v. v.)

Vivipara *varietas. Leers. l. c.* R.

*21. FESTVCA *loliacea.*

F. ſpicula ſimplici diſticha, ſpiculis ſubſeſſilibus multifloris remotis muticis W.

Feſtuca (*elongata*) ſpica ſimplici elongata diſticha, ſpiculis remotis ſubſeſſilibus muticis, glumae valvula interiore ſtriata glabra, perigonii valvula exteriore obſcure quinquenervata, vix ſcabra. *Ehrh. Beitr.* 6. *p.* 135. *Ehrh. gram.* 93.

Feſtuca fluitans *β.* loliacea. *Hudſ. angl. ed.* 2. *p.* 46.

F. ſpicata, ſpiculis alternis ſeſſilibus compreſſis muticis. *Hudſ. angl. ed.* 1. *p.* 58.

Poa locuſtis diſtichis, ſpiculis muticis. *Hall. hiſt. n.* 1452.

Lolchartiger Schwingel. W.

Habitat in Angliae, Helvetiae, Germaniae *pratis.* 4 (v. v.)

22. FESTVCA *criſtata.*

F. panicula ſpicata lobata, ſpiculis ovatis latis ſexfloris hirſutis. *Sp. plant.* 111.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 411.

Kammförmiger Schwingel. W.

Habitat in Luſitaniae *collibus ſterilibus.* ⊙ (v. ſ.)

Culmi e radice plurimi, vix digiti longitudine. Panicula ſubſpicata, fere ovata, diverſa ab Aira criſtata floſculis pluribus iisque hirſutis, culmo breviore, facie autem ei accedit.

*23. FESTVCA *miſera.*

F. panicula coarctata, glumis ariſtatis ſcabris, culmo geniculato. *Thunb. jap.* 52.

Magerer Schwingel. W.

Habitat in Japonia.

Culmus *decumbens geniculatus, apice erectus ſesquipedalis.* Folia *enſiformia glabra digitalia.* Panicula *ſubſpicata ſubſecunda glabra digitalis.* Glumae *ſcabrae ariſtatae pauciflorae.* Thunb. l. c.

*24. FESTVCA *indica.*

F. panicula contracta erecta, ſpiculis compreſſis ſubariſtatis ſubſexfloris. *Retz. obſ.* 4. *p.* 21. *

Tſiama Pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 75. *t.* 45.

Indiſcher Schwingel. W.

Habitat in India *orientali, in agris oryzaceis.*

Colore *coeruleſcenti-viridi e longinquo dignoſcitur.* Paniculae *dimidia pars ſimul floret et patet, dein contrahitur florente altera parte.* Culmus *in ſubmerſis agris erectus, in ſiccioribus decumbens.* Retz. l. c.

25. FESTVCA *calycina.*

F. panicula coarctata, ſpiculis linearibus, calyce floſculis longiore, foliis baſi barbatis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 400. * *Cavan. ic.* 1. *p.* 33. *t.* 44. *f.* 2. *

F. panicula contracta, ſpiculis linearibus muticis longitudine calycis. *Loefl. it.* 116. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 412.

Spaniſcher Schwingel. W.

Habitat in Hiſpania. ⊙

Folia *radicalia in ceſpitem collecta.* Culmi *filiformes, anguſti, digitales.* Panicula *attenuata, contracta.* Calyx *ſpiculae longitudine.*

*26. FESTVCA *pungens.*

F. ſpica glomerata ovata, ſpiculis ſexfloris teretibus lanuginoſis, foliis involutis rigidis. *Vahl. ſymbol. p.* 10. *t.* 2. *

Feſtuca (*mucronata*) panicula glomerata, ſpiculis multifloris, flore glandulifero. *Forſk. deſcr.* 22. *n.* 74.

Stechender Schwingel. W.

Habitat in Arabia. 4

140. BROMVS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 120.

Cal. 2-valvis. *Spicula* oblonga, teres, diſticha; ariſta infra apicem.

1. BROMVS *ſecalinus.*

B. panicula nutante, ſpiculis ovatis compreſſis, glumis nudis diſtinctis, ariſtis ſubulatis brevioribus flexuoſo-rectis. *Roth. germ. I. p.* 47. *II.* 135. *Hoffm. germ.* 35.

B. panicula patente, ſpiculis ovatis: ariſtis rectis, ſeminibus diſtinctis. *Syſt. Veg.* 102. *Pollich. pal. n.* 108.

B. foliis glabris, locuſtis duodecimfloris. *Hall. helv. n.* 1502. *var.* β.

B. panicula patente, ſpiculis ovatis, ariſtis rectis. *Spec.* 2. *p.* 112. *Flor. ſuec.* 84. 96.

Bromus vitioſus. *Weigel obſ. p.* 4. *t.* 1. *f.* 2. *

Feſtuca graminea glumis glabris. *Schench. gram.* 251. *t.* 5. *f.* 10.

Feſtuca culmo paniculato, ſpicis compreſſo-ovatis. *Fl. lapp.* 28. *Roy. lugdb.* 67.

Gramen avenaceum ſegetale majus, gluma turgidiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 17.

Houttuyn Lin. Ifl. Syſt. 12. *p.* 414.

Gemeine Treſpe. W.

Habitat in Europae *agris ſecalinis arenoſis.* ⊙ (v. v)

Variat glumis ariſtatis et muticis. W.

2. BROMVS *multiflorus.*

B. panicula patente, ſpiculis lanceolatis compreſſis, glumis nudis marginatis imbricatis, ariſtis capillaribus aequalibus, rectis. *Roth. germ. I.* 47. *II.* 134.

Bromus (*multiflorus*) panicula patente, ſpiculis lanceolatis compreſſis, glumis nudis margine imbricatis apicibus acuminatis, ariſtis capillaribus aequalibus rectis. *Weigel. obſ. bot. p.* 2. *t.* 1. *f.* 1. *Hoffm. germ.* 35.

Bromus (*hordeaceus*) panicula erecta coarctata. *Fl. ſuec.* 1. *n.* 87. *Sp. plant.* 1. *p.* 77.

Bromus ſecalinus. *Leers. herb. n.* 81. *t.* 11. *f.* 2.

Feſtuca graminea glumis hirſutis. *Bauh. pin.* 9. *theatr.* 143. *Schench. gram.* 250. *t.* 5. *f.* 9.

Aegylops major caule et foliis arundinaceis, locuſtis hirſutis. *Dill. gieſ. p.* 111.

Gramen avenaceum pratenſe, ſquamoſa gluma longiore glabra. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 19.

Roggen Treſpe. W.

Habitat inter ſegetes Europae. ⊙ (v. ſ.)

Differt ab antecedente: foliis vaginisque *hirſutis*, ſpiculis *lanceolatis ſubpubeſcentibus*, corollis *imbricatis*, *pluribus in eadem ſpicula*, valvula *exteriore magis ex albo marginata*, *apice ſupra ortum ariſtae longiore praedita*. Roth. l. c.

3. BROMVS *mollis*.

B. panicula erectiuſcula, ſpicis ovatis pubeſcentibus: ariſtis rectis, foliis molliſſime villoſis. *Schreb. gram.* 60. *t.* 6. *f.* 1. *Pollich. pal. n.* 110. *Leers. herb. n.* 82. *t.* 11. *f.* 1. *Weigel. obſ. p.* 7. *t.* 1. *f.* 4. *Roth. germ. I.* 47. *II.* 135. *Hoffm. germ.* 55.

B. hirſutus, locuſtis ſeptifloris, ovato-conicis. *Hall. helv. n.* 1504.

Gramen avenaceum locuſtis villoſis anguſtis candicantibus et ariſtatis. *T. Scheuch. gram.* 254.

Gramen avenaceum pratenſe, panicula ſquamata et villoſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 213. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 18.

Feſtuca avenacea hirſuta, paniculis minus ſparſis. *Raj. hiſt.* 1289. *Dill. gieſſ. p.* 71.

β. Bromus (*nanus*) ſpiculis paucis ſubpedunculatis erectis compreſſis deltoideo-ovatis, glumis ſubimbricatis ſubpubeſcentibus apice acutis, ariſtis capillaribus brevioribus rectis. *Weigel. obſ. p.* 8. *t.* 1. *ſig.* 9.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 417.

Weiche Treſpe. W.

Habitat in Europae *auſtralioris ſiccis*. ⊙ (v. v.)

Similis B. ſecalino, *ſed albido-pubeſcens*. *Genicula craſſiora*, *cylindrica*, *ſubtus inprimis valde hirſuta*. Folia *utrinque molliſſima vaginis ſtriatis*. Panicula *brevius pedicellata*.

4. BROMVS *pectinatus*.

B. panicula patente, ſpiculis ovatis glabris, corollae valvula interiore ciliata mutica. *Thunb. prod.* 22.

Capiſche Treſpe. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

5. BROMVS *lanceolatus*.

B. panicula erecta patente, ſpiculis lanceolatis glabris

ſubcompreſſis, ariſtis floralibus rectis, ſeminalibus refractis. *Roth. Catalect. bot.* 1. *p.* 18. *

Gramen hordeaceum erectum minimum. *Buxb. Cent.* 5. *app.* 42. *t.* 19.

Lanzettenförmige Treſpe. W.

Habitat locis aridis circa mare Caſpium. ⊙ (v. v.)

*6. BROMVS *alopecurus.*

B. panicula contracta erecta, ſpiculis teretibus, ariſtis divaricatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 22. *

Bromus (*alopecuros*) panicula conferta erecta, ſpiculis oblongis ſubſeſſilibus inferne ſpiraliter contortis. *Poiret. itin. ed. germ.* 2. *p.* 144.

β. Gramen feſtuceum majus locuſtis craſſis lanuginoſis. *Buxb. Cent.* 5. *p.* 19. *t.* 38. *f.* 1.

Fuchsſchwanzartige Treſpe. W.

Habitat in Barbaria β *in* Hiſpania (v. ſ.)

7. BROMVS *ſquarroſus.*

B. panicula nutante, ſpiculis ovatis: ariſtis divaricatis. *Sp. pl.* 112.

Avena locuſtis teretibus novemfloris, ariſtis reflexis. *Hall. helv. n.* 1501.

Feſtuca graminea, glumis vacuis. *Scheuch. gram.* 251. *t.* 5. *f.* 11. *Bauh. prodr.* 64. *pin.* 144

Gramen avenaceum, locuſtis amplioribus candicantibus glabris ariſtatis. *Tourneſ. inſt.* 525.

Gramen phalaroides aceroſum, nutante ſpica. *Barr. ic.* 24. *f.* 1. 2. *Monti. ic.* 52.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 419.

Sparrige Treſpe. W.

Habitat in Gallia, Helvetia, Sibiria. ⊙ (v. ſ.)

Panicula nutans. Spicae glabrae, ovatae: pedicellis propriis filiformibus, verſus apices incraſſatis. Ariſtae divaricatae.

*8. BROMVS *japonicus.*

B. panicula patente ramoſa, ſpiculis oblongis glabris, ariſtis divaricatis. *Thunb. jap.* 52. *t.* 11. *

Japaniſche Treſpe. W.

Habitat in Japonia. ⊙

Differt a B. arvenſi: *ſpiculis oblongis et ariſtis divaricatis*; *a* B ſecalino: *ſpiculis oblongis, glumis imbricatis nec diſtantibus et ariſtis divaricatis*; *a* B. ſquarroſo: *ſpiculis duplo anguſtioribus et glabris nec non panicula ramoſa.* Thunb. l. c.

*9. BROMVS *bifidus*.

B. panicula erecta ramoſa, ſpiculis ovatis ſubtrifloris, glumis bifido-ſetaceis, ariſta divaricata. *Thunb. jap.* 53. *

Zweytheilige Treſpe. W.

Habitat in Japonia.

Facies *potius Avenae quam Bromi eſt. Differt a* B. ſquarroſo: panicula *ramoſa*, ſpiculis *multoties minoribus pauciflоris glabris*, gluma *bifida biſeta, nec tantum emarginata*; a reliquis: gluma *bifida, in laciniis duas ſubulatas glumae fere longitudine terminata*, ſpiculis *minutis glabris*, ariſta *geniculata, reflexa*. Thunb. l. c.

10. BROMVS *purgans*.

B. panicula nutante criſpa, foliis utrinque nudis: vaginis piloſis, glumis villoſis. *Sp. pl.* 113.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 420.

Canadiſche Treſpe. W.

Habitat in Canada. *Kalm.* 4 (v. v.)

Culmus ſeſquipedalis, firmus. Folia latitudine arundinis, carinata, viridia, ſupra fere nuda, ſubtus omnino glabra. Vaginae foliorum retrorſum piloſae. Panicula criſpa, flexnoſa, nutans. Spiculae floſculis 8 *ad* 14, *oblongae. Glumae pilis breviſſimis undique extus villoſae. Ariſta ſub apice glumae exterioris. Differt noſtra a Fevillaei radicibus fibroſis, nec ſquamoſis; ſpiculis anguſtioribus.*

11. BROMVS *catharticus*.

B. panicula patente erecta ſubſimplici, ſpiculis lato-lanceolatis ſtriatis ſcabris, ariſtis brevibus rectis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 22. *

Gramen bromoides catharticum, vulgo Guilno. *Few. peruv.* 705. *t.* 1.

Purgier-Treſpe. W.

Habitat in Lima. 4

Differt a B. purgante: vaginis *non ciliatis*, valvulis *corollinis*, ſpiculis *latioribus acutis nec obtuſiuſculis*. Vahl. l. c.

12. BROMVS *inermis*.

B. panicula erecta, ſpiculis ſubteretibus ſubulatis nudis ſubmuticis. *Pollich. pal. n.* 111. *Roth. germ. I. p.* 48. *II. p.* 136. *Hoffm. germ.* 36.

B. (*inermis*) panicula diffusa, spiculis subteretibus subulatis nudis muticis aristatisque. *Leyss. hal.* 90. *Schreb. gram.* 93. *t.* 13.

Festuca (*Leysseri*) locustis teretibus, multifloris, glumis semimembranaceis, breviter aristatis. *Hall. app.* 2. *ad Schench. agrostogr. p.* 47. *n.* 28. *helv. n.* 1433.

Gramen pratense elatius, locustis longis squamosis non aristatis. *Buxb. cent.* 5. *p.* 21. *t.* 40. *f.* 2.

Festuca (*speciosa*) panicula diffusa, spiculis teretibus subulatis muticis aristatisque. *Schreber spicil. p.* 59. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 12. *p.* 422.

Grannenlose Trespe. W.

Habitat in Germania, Helvetia. 24 (v. v.)

Spiculae *teretiusculae*, *reliquis longiores*, *floseulis saepe novem.* Radix *maxime reptans.*

15. BROMVS *asper.*

B. panicula ramosa nutante scabriuscula, spiculis linearibus subteretibus decemfloris pilosis aristatis, culmo foliisque hirtis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 109.

Bromus (*asper*) panicula nutante scabra, spiculis villosis aristatis, foliis scabris. *Lin. suppl.* 111. *Hoffm. germ.* 36. *Roth. germ. I. p.* 48. *II. p.* 136.

B. (*ramosus*) panicula nutante scabra, spiculis villosis aristatis, foliis scabris. *Syst. veg. p.* 102.

Bromus hirsutus, *Curt. lond.*

Bromus (*nemoralis*) panicula ramosa nutante scabra, ramis binatis, spiculis linearibus teretibus arista longioribus. *Hudf. angl.* 51.

Bromus (*montanus*) panicula nutante, spiculis subsexfloris, aristis longioribus. *Pollich. palat. n.* 116. *Roth. germ. I.* 49. *II.* 141. *Hoffm. germ.* 37.

Bromus (*versicolor*) panicula patente, spiculis angustis linearibus arista longioribus. *Pollich. palat. n.* 109.

B. foliis hirsutis, oris asperrimis, locustis glabris, teretibus, novemfloris. *Hall. helv. n.* 1503.

Festuca graminea nemoralis latifolia mollis. *Bauh. pin.* 9. *theatr.* 144.

Gramen avenaceum dumetorum juba longiore, spica divisa. *Morif. hist.* 3. *p.* 213. *f.* 8. *t.* 7. *f.* 27. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 12. *p.* 428.

Rauhe Trespe. W.

Habitat in Germania, Helvetia, Anglia. 24

Affinis B. giganteo, *tamen distinctus.* W.

*14. BROMVS *littoreus.*

B. panicula erectiuſcula ſcabra, ſpiculis oblongis ſubquadrifloris (4-6) glabris muticis. *Retz. ſcand ed. 2. n.* 140.

B. panicula laxa, locuſtis quadrifloris, breviſſime ariſtatis. *Hall. helv. n.* 1511.

Poa panicula nutante laxa, ſpiculis oblongis multifloris, ſaepe ariſtatis. *Gmel. ſib. 1. p.* 110. *n.* 44. *t.* 21.

Gramen arundinaceum locuſtis viridi-ſpadiceis loliaceis brevius ariſtatis. *Scheuch. gram.* 266. *t.* 5. *f.* 8.

Strand-Treſpe. W.

Habitat in Suecia, Pomerania, Helvetia, Sibiria. 4

Maximus omnium. Figura et deſcriptio Gmelini *optime quadrat, praeter villoſitatem.* Retz. l. c.

15. BROMVS *ciliatus.*

B. panicula nutante, foliis utrinque vaginisque ſubpiloſis, glumis ciliatis. *Sp. pl.* 115.

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 429.

Gefranzte Treſpe. W.

Habitat in Canada; *ex ſemine D. Kalm.* 4

Culmi tenues. Folia utrinque et vaginae vix manifeſte pubeſcentes. Panicula valde nutans, non criſpis pedunculis. Spiculae oblongae, compreſſae, petalorum marginibus (non dorſo) valde piloſis, qua nota facile diſtinguitur. Floſculi 8, *ſub apice ariſtati; calyces nudi. Glumae corollae lanceolatae.*

16. BROMVS *ſterilis.*

B. panicula patula, ſpiculis oblongis diſtichis, glumis ſubulato-ariſtatis. *Pollich. pal. n.* 112. *Leers. herborn. n.* 83. *t.* 11. *f.* 4. *Retz. obſ.* 1. *p.* 11. *Hoffm. germ.* 36. *Roth. germ. I. p.* 48. *II. p.* 137.

B. panicula nutante, locuſtis ſeptifloris, glumis argute lanceolatis, lineatis, ſubhirſutis. *Hall. helv. n.* 1505.

Gramen loliaceum, locuſtis longiſſimis, modo purpuraſcentibus, modo viridibus. *Mont.* 35. *ic.* 1.

Feſtuca avenacea ſterilis elatior. *Bauh. pin.* 9. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 212. *f.* 8. *t.* 7. *f.* 11.

Gramen avenaceum, panicula ſparſa, locuſtis majoribus et ariſtatis. *T. Scheuch. gram.* 258. *t.* 5. *f.* 14.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 429.

Dünnkörnige Treſpe. W.

Habitat in Europae *auſtralioris agris, ſylvis, ad vias.* ⊙ (v. v.)

17. BROMVS *arvenſis.*

B. panicula nutante, ſpiculis ovato-oblongis. *Fl. ſuec.* 85. 97. *Oed. dan. t.* 293. *Pollich. pal. n.* 113. *Weigel. obſ. p.* 6. *t.* 1. *f.* 3. *Leers. herborn. n.* 84. *t.* 11. *f.* 3. *Roth. germ. I. p.* 48. *II. p.* 138. *Hoffm. germ.* 36.

B. glaber, locuſtis glabris nutantibus octifloris, glumis marginatis. *Hall. helv. n.* 1509.

B. culmo paniculato, ſpicis compreſſis. *Fl. lapp.* 27. *Hort. cliff.* 25.

Feſtuca graminea, juba effuſa. *Bauh. pin.* 9. *prod.* 19. *Scheuch. gram.* 262. *t.* 5. *f.* 15.

Feſtuca avenacea ſterilis elatior circa Upſaliam. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 87. *f.* 7. *opt.*

Gramen avenaceum dumetorum panicula ſparſa. *Raj. angl.* 3. *p.* 415. *Vaill. pariſ.* 93.

Gramen avenaceum dumetorum paniculatum majus hirſutum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 213.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 430.

Acker-Treſpe. W.

Habitat in Europa *ad verſuras agrorum.* ⊙ (v. v.)

Variat *ſpiculis ariſtatis et muticis. Weig. l. c.*

18. BROMVS *geniculatus.*

B. panicula erecta, floſculis diſtantibus, pedunculis angulatis, culmo genu procumbente. *Mant. p.* 55. *Schreb. gram.* 2. *p.* 60. *t.* 31. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 435.

Gegliederte Treſpe. W.

Habitat in Luſitania. *Vandelli.* ⊙ (v. v.)

Culmi *vix palmares, decumbentes ad ultimum uſque genu, fuſcum; deinde erecti, adſcendentes.* Folia *graminea, laevia, vaginis culmos veſtientibus.* Pedunculus *panicula brevior.* Panicula *erecta, patula pedicellis minime attenuatis; ſed compreſſis, ancipitibus, ſubtriquetris, ſcabris.* Flores *oblongi, quadriflori:* floſculis *ſcabris, vix pubeſcentibus, maxime omnium diſtantibus,* Ariſta *longitudine floſculi, recta.*

19. BROMVS *tectorum.*

B. panicula nutante, ſpiculis linearibus. *Fl. ſuec.* 86. 98. * *Pollich. pal. n.* 114. *Leers. herborn. n.* 85. *t.* 10. *f.* 2. *Hoffm. germ.* 36. *Roth. germ. I. p.* 48. *II. p.* 139.

B. hirſutus, panicula nutante pauciflora, locuſtis 5-floris hirſutis, glumis acute lanceolatis. *Hall. helv. n.* 1508. R.

Gramen murorum, ſpicis pendulis anguſtioribus. *Tournef. pariſ.* 91.

Feſtuca avenacea ſterilis, ſpicis erectis. *Raj. angl.* 3. *p.* 413. *Fluk. alm.* 174. *t.* 299. *f.* 2.

Feſtuca avenacea ſterilis, pedicellis brevioribus et ſpicis erectis. *Morif. hiſt.* 3. *p.* 212. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 13.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 434.

Dach-Treſpe. W.

Habitat in Europae *collibus ſiccis et tectis terreſtribus.* ♂ (v. v.)

20. BROMVS *giganteus.*

B. panicula nutante, ſpiculis quadrifloris: ariſtis brevioribus. *Fl. ſuec.* 2. *n.* 99. *It. ſcan.* 394. *Schreb. gram.* 88. *t.* 11. *Pollich. pal. n.* 115. *Hoffm. germ.* 36. *Weigel obſ. p.* 11. *t.* 1. *f.* 5. *Roth. germ. I. p.* 49. *II. p.* 140. *Leers. herb. n.* 86. *t.* 10. *f.* 1.

B. glaber, locuſtis quadrifloris nutantibus, ariſtis longiſſimis. *Hall. helv. n.* 1510.

Gramen ſylvaticum glabrum, panicula recurva. *Vaill. pariſ.* 93. *t.* 18. *f.* 3.

Bromus paniculae ramis conjugato-binatis. *Fl. ſuec.* 1. *n.* 88.

Feſtuca foliis digiti latitudine longiſſimis, panicula laxa. *Roy. lugdb.* 69.

Gramen bromoides aquaticum latifolium, panicula ſparſa tenuiſſima ariſtata. *Scheuch. gram.* 264. *t.* 5. *f.* 14.

β. B. glaber, panicula nutante, locuſtis quadrifloris, glumis ſubhirſutis. *Hall. helv. n.* 1506.

Gramen bromoides, montanum, hirſutum, panicula minus ſparſa, comiculata. *Scheuch. agroſt.* 263. *t.* 5. *f.* 16.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 435.

Futter-Treſpe. W.

Habitat in Europae *humidis, umbroſis, et collibus, ſylvis.* 4 (v. v.)

21. BROMVS *rubens.*

B. panicula faſciculata, ſpiculis ſubſeſſilibus villoſis, ariſtis erectis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 265. * *Cavan. ic.* 1. *p.* 34. *t.* 45. *f.* 2.

Gramen panicula molli rubente. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 474?

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 439.

Rothe Treſpe. W.

Habitat in Hiſpania ⊙

22. BROMVS *ſcoparius.*

B. panicula faſciculata, ſpiculis ſubſeſſilibus glabris, ariſtis patulis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 266. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 439.

Beſenartige Treſpe. W.

Habitat in Hiſpania.

Eſt praecedentis varietas ſecundum Cavanill. l. c.

23. BROMVS *rigens.*

B. panicula ſpicata: ſpiculis ſubſeſſilibus erectis pubeſcentibus ſubquadrifloris. *Mant.* 33.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 440.

Steife Treſpe. W.

Habitat in Luſitania, *Vandelli.*

Culmi *ſpithamei*, *foliis veſtiti.* Folia *nervoſa*, *ſupra leviter piloſa: Vaginis totum culmum tegentibus.* Spica *breviter pedunculata*, *erecta*, *rigidula:* Spiculis *ſparſis*, *ſubſeſſilibus*, *tenacibus*, *parum pubeſcentibus*, *erectis.* Floſculis 4 *ſ.* 5; ariſta *infra apicem exeunte*, *erecta*, *vel parum patula*, *longitudine ſpiculae.*

24. BROMVS *racemoſus.*

B. racemo ſimpliciſſimo, pedunculis unifloris, floribus ſexfloris laevibus ariſtatis. *Sp. pl.* 114.

Feſtuca avenacea ſpicis ſtrigoſioribus e glumis glabris compactis. *Raj. angl.* 3. *p.* 414.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 440.

Traubenblütige Treſpe. W.

Habitat in Anglia.

Panicula conſtat racemo ſimplici: pedunculis alternis, *ſaepius ſolitariis*, *multifloris. Flores ovati*, *acuminati; Folia ſubtus villoſa.*

B. gracilis n. 29. *in multis*, *praeter ſpicularum formam*, *cum hoc convenit.* W.

25. BROMVS *triflorus.*

B. panicula patente, floribus ſubtrifloris. *Sp. pl.* 115. *Retz. ſcand.* 2. *n.* 145? *Pollich. palat. n.* 119? *Oed. dan. t.* 440?

Bromus (*patentiſſimus*) panicula patula, ramis binatis horizontalibus, ſpiculis ſubtrifloris muticis. *Weigel obſ. p.* 12. *t.* 1. *f.* 7?

Gramen bromoides panicula ſparſa, locuſtis minoribus ariſtatis. *Scheuch. gram.* 511. *t.* 5. *f.* 19.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 441.
Dreyblütige Treſpe. W.
Habitat in Germaniae, Daniae *nemoribus. Forſkael.*

26. BROMVS *madritenſis.*

B. pubeſcens, panicula patula ſubſecunda, ſpiculis linearibus retrorſum ſcaberrimis, ariſtis longiſſimis ſcabris. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 23. *
B. panicula rariore patulo-erecta, ſpiculis linearibus intermediis geminis, pedicellis ſuperne incraſſatis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 265 *
Bromus (*villoſus*) panicula faſciculata, ſpiculis ſexfloris glabris linearibus pedicellatis. *Forſk. deſcr.* 29.
Bromus (*muralis*) panicula patulo-erecta ſimplici, ſpiculis linearibus, floribus acuminatis ſcabris, ariſtis longis. *Hudſ. angl.* 50.
B. ſterilis, erecta panicula, major. *Barr. ic.* 76. *f.* 1.
Gramen bromoides pumilum, locuſtis erectis majoribus ariſtatis. *Scheuch. gram.* 260.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 441.
Madritiſche Treſpe. W.
Habitat in Hiſpania, Anglia. ⊙ (v. v.)

*27. BROMVS *rigidus.*

B. ſpicis multifloris lato-lanceolatis rigidis, floribus diandris, panicula contracta. *Roth. Catalect. bot.* 1. *p.* 17.*
Starrblütige Treſpe. W.
Habitat in Hiſpania. ⊙ (v. v.)
Affinis praecedenti, *ſed minor et panicula contracta.* W.

28. BROMVS *ramoſus.*

B. culmo ramoſiſſimo, ſpiculis ſeſſilibus, foliis involuto-ſubulatis. *Mant.* 34. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 22. *
Bromus (*Plukenetii*) foliis convolutis pungentibus, locuſtis binis terminalibus. *Allion. pedem. n.* 2233.
Feſtuca (*phoenicoides*) racemo indiviſo, ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus, foliis involutis mucronato-pungentibus. *Mant.* 33.
Feſtuca ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus, foliis involutis, mucrone pungentibus. *Ger. prov.* 95. *t.* 2. *f.* 2.
Gramen junceum corniculatum velut fruteſcens glabrum orientale. *Scheuch. gram.* 38.
Gramen ſpica Brizae minus. *Pluk. alm.* 173. *t.* 33. *f.* 1.

Gramen phoenicoides foliis convolutis junceis pungentibus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 477.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt 12. *p.* 442.
Aeſtige Treſpe. W.
Habitat in Orientis, Barbariae *et* Europae *auſtralis arenoſis ſaxoſis maritimis.* 24
Culmi *alternatim ramoſiſſimi, filiformes, procumbentes, laeves.* Folia *ſetacea lateribus involutis, culmo fere anguſtiora.* Scapus *erectus, filiformis, unico geniculo.* Spicae *ſaepius tres, alternae, facie omnino Br. pinnati:* Calyce *multifloro acuto:* Glumis *mucronatis, ſubciliatis.*

*29. BROMVS *gracilis.*

B. racemo ſimpliciſſimo nutante, ſpiculis alternis ſeſſilibus remotis teretibus ſubulatis glabris ariſtatis. *Leyſſer. hal. n.* 116. *Roth. germ. I. p.* 49. *II. p.* 145.
Bromus (*gracilis*) ſpica terminali debili, ſpiculis alternis remotis teretibus ſubulatis glabris, ariſtis longioribus. *Weigel obſ. p.* 15. *t.* 1. *f.* 11.
Feſtuca dumetorum. *Bauh. pin.* 10. *prod.* 19. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 545.
Gramen loliaceum corniculatum latifolium, ſpicis teretibus anguſtis et glabris. *Scheuch. gram.* 36.
Schlanke Treſpe. W.
Habitat in nemoribus umbroſis Europae. 24 (v. v.)

30 BROMVS *pinnatus.*

B. culmo indiviſo, ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus ſubariſtatis. *Fl. ſuec.* 89. 100. *It. gotl.* 180. *Weigel obſ.* 14. *t.* 1. *f.* 10. *Leers. herb. n.* 87. *t.* 10. *f.* 3. *Roth. germ. I. p.* 49. *II. p.* 144. *Hoffm. germ.* 37.
B. ſpiculis ſeſſilibus, culmo indiviſo, ariſtis ſolliculi gluma brevioribus. *Pollich. pal. n.* 117.
Triticum ſpicis diſtichis, locuſtis teretibus, hirſutis, ariſtatis, duodecimfloris. *Hall. helv.* 1431.
Feſtuca culmo alternatim ſpicato, ſpicis teretibus. *Fl. lapp.* 29. *Roy. lugdb.* 67.
Gramen, ſpica brizae, majus. *Bauh. pin.* 9. *prodr.* 19. *theatr.* 133. *Petiv. gram. t.* 3. *f.* 1.
Gramen loliaceum corniculatum. *Scheuch. gram.* 35.
Gramen loliaceum, altiſſimum, ſpica Brizae praelonga, ariſtis brevibus donata. *T. Monti.* 42. *t.* 16. *Hall.* R.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 442.
Gefiederte Treſpe. W.

Habitat in Europae *ſylvis montoſis aſperis.* 2 (v. v.)
Spicularum latus planum culmo obvertitur; ariſtae ſunt terminales. Folia *plana.*

31. BROMVS *criſtatus.*

B. ſpiculis diſtiche imbricatis ſeſſilibus depreſſis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 339. *
Triticum (*criſtatum*) calycibus quadrifloris ariſtatis, ſpicis lanceolatis imbricatis, culmis pubeſcentibus. *Schreb. gram.* 12. *t.* 23. *f.* 2.
Feſtuca culmo ſpicato, ſpiculis multifloris. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 32. *t.* 23.
Gramen triticeum, ſpica latiore compacta, criſtatum. *Buxb. cent.* 1. *p.* 32. *t.* 50. *f.* 3. *mala.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 444.
Kammförmige Treſpe. W.
Habitat in Sibiria, Tartaria. 2

32. BROMVS *diſtachyos.*

B. ſpicis duabus erectis alternis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 304. 450. *
B. ſpiculis ſubbinatis compreſſis ſeſſilibus. *Ger. prov.* 98. *t.* 3. *f.* 1.
Feſtuca (*ciliata*) valvulis interioribus glumae corollinae ciliatis, panicula ſtricta ſecunda ſimplici. *Gouan. hort.* 48. 547.
Gramen feſtuceum myurum elatius, ſpica heteromalla gracili. *Barr. ic.* 99. *f.* 2.
Gramen ſpica Brizae minus. *Bauh. pin.* 9. *prodr.* 10. *Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt.* 12. *p.* 446.
Zweyährige Treſpe. W.
Habitat in Europa *auſtrali*, Oriente. ⊙ (v. v.)
Spiculae *ſeſſiles, plano obverſae ſcapo, ut in Triticis, calyce acuto; in ſpontaneo ſpiculae* 2, *in culto* 3, *ariſtatae.*

33. BROMVS *ſtipoides.*

B. panicula erectiuſcula, pedunculis enſiformibus. *Mant.* 557.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 447.
Pfriemengrasartige Treſpe. W.
Habitat in Maiorca. ⊙
Gramen *ſpithameum*: Culmis *plurimis, erectis, uno alterove geniculo, laeves, foliisque totidem culmo bre-*

vioribus. Panicula *oblonga, fuſceſcens.* Pedunculi *ad dentes terni, intermedio unifloro; lateralibus* 2-*ſ.* 3-*floris.* Pedicelli *hi ſuperne latiores, compreſſi, apice obtuſi.* Flores *quadriflori.* Calyx *ſubulatus, glaber.* Corollulae *petalo exteriore ariſta recta, longitudine floris.* Antherae *lineares, flavae.* Piſtilla *alba.*

Diverſus a Stipa membranacea *et genere et habitu, pedunculis licet conveniat, cum* Stipae *ariſtae ſemine quadruplo longiores; huic vix ſeminis longitudine. Illi calycis valvula interior minutiſſima, alteraque longa; huic valvula longitudine ſeminum.*

141. STIPA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 121.

Cal. 2-valvis, uniflorus. *Cor.* valvula exteriore terminali, baſi articulata.

1. STIPA *pennata.*

S. ariſtis lanatis. *Sp. plant.* 115. *Pollich. pal. n.* 120. *Scop. carn. n.* 122. *Iacq. vind.* 15. *Hoffm. germ.* 38. *Roth. germ. I.* 34. *II.* 94.

S. ariſtis plumoſis. *Hall helv. n.* 1514.

Feſtuca ariſtis paniculae circiter longitudine plumoſis. *Roy. lugdb.* 68.

Feſtuca glumis unifloris, ariſtis longiſſimis, pennatis. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 114. *n.* 50.

Gramen ſpicatum, ariſtis pennatis. *Tournef. inſt.* 518. *Scheuch. gram.* 153.

Gramen ſparteum pennatum. *Bauh. pin.* 5. *theatr.* 70. *Barrel. n.* 46.

Spartum auſtriacum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 221.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 448.

Fedriges Pfriemengras. W.

Habitat in Auſtria, Gallia, Suecia, Germania. 4 (v. v.)

2. STIPA *juncea.*

S. ariſtis nudis rectis, calycibus ſemine longioribus, foliis intus laevibus. *Sp. plant.* 116.

Feſtuca ariſtis circiter longitudine paniculae nudis. *Roy. lugdb.* 68.

Feſtuca iunceo folio. *Bauh. pin.* 9. *Theatr.* 145. *Scheuch. gram.* 151.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 449.

Siemſenartiges Pfriemengras. W.
Habitat in Helvetia, Gallia. ♂.
Hallerus cum ſequenti coniungit, a qua tamen certe diſtincta.

3. STIPA *capillata.*

S. ariſtis nudis curvatis, calycibus ſemine longioribus, foliis intus pubeſcentibus. *Pollich. pal. n.* 121. *Pallas it.* 1. *p.* 267. *Hoffm. germ.* 38. *Roth. germ. I.* 34. *II.* 95.
St. ariſtis nudis flexuoſis, calyce ſemine longiori. *Hall. helv. n.* 1513.
Feſtuca longiſſimis ariſtis. *Bauh. pin.* 10. *theatr.* 153.
Gramen avenaceum montanum, ſpica ſimplici, ariſtis recurvis. *Rai. Vaill. pariſ.* 85.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 450.
Haarförmiges Pfriemengras. W.
Habitat in Germania, Gallia. 24 (v. v.)
Simillima Stipae iunceae, *ſed Folia non teretia ſulco longitudinali; ſed rigidiora, breviora, minus ſcabra, latere ſuperiore magis explanata et ſubpubeſcentia.* Calyx *non albidus, ſed ſpadiceus.* Ariſtae *breviores et adultiores varie curvatae.*

4. STIPA *Ariſtella.*

S. ariſtis nudis rectis calyce vix duplo longioribus, germinibus lanatis. *Syſt. Nat.* 3. *p.* 229. *Gouan. illuſtr.* 4.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 451.
Kurzgranniges Pfriemengras. W.
Habitat Monſpelii. 24
Culmi *bipedales.* Folia *anguſta.* Panicula *ſubſpicata; pedunculis bi-ſ. trifloris.* Calyx *longitudine ſeminis.* Semen *teres, raris villis pubeſcens.* Ariſta *calycis longitudine.*

5. STIPA *paleacea.*

S. ariſtis ſeminudis, panicula ſimplici, foliis convolutis ſubulatis intus pubeſcentibus. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 24. *
Stipa (*paleacea*) ariſtis contortis tomentoſis, calyce multo longioribus, glumis ſubfaſciculatis. *Poiret. itin. ed germ.* 2. *t.* 145.
Spreuartiges Pfriemengras. W.
Habitat Tuneti, *in* Aegypto *et* Guinea. (v. ſ.)

Facies *Stipae juncëae. Stipa tenaciſſima differt*: panicula *contracta*, ariſtis *triplo brevioribus*, *minus contortis*, foliis *rigidioribus longioribus utrinque glaberrimis*, vaginis *ſubtiliſſime ſtriatis*, *ultimo non ſpathaceo*, *ore vaginarum lanato*. Vahl. l. c.

6. STIPA *tenaciſſima.*

S. ariſtis baſi piloſis; panicula ſpicata, foliis filiformibus. *Amoen. acad.* 4. *p.* 266. *Loeſl. it.* 118. *

Gramen Sparteum panicula comoſa. *Bauh. pin.* 5.

Spartum herba Plinii. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 220.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 451.

Zähes Pfriemengras. W.

Habitat in Hiſpaniae *collibus arenoſis.* 4 (v. ſ.)

7. STIPA *capenſis.*

S. ariſtis baſi piloſis, panicula ſpicata, foliis enſiformibus. *Thunb. prod.* 19.

Capiſches Pfriemengras. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. 4

8. STIPA *ſpicata.*

S. ariſtis baſi piloſis, racemo ſpicato ſecundo. *Thunb. prod.* 20.

Stipa *(ſpicata)* ariſtis ſeminudis, floribus ſpicatis. *Lin. ſuppl.* 111.

Aehrentragendes Pfriemengras. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. 4

Radix *repens perennis, plures culmos producens.* Folia *graminea laevia, in ſummo culmo brevia.* Culmus *laevis ſesquipedalis.* Spica *anguſta longitudine vix digiti.* Flores *ſeſſiles vix pubeſcentes baſi villoſi.* Ariſta *terminalis vix digitalis torta piloſiuſcula, extra torſionem laevis.*

*9. STIPA *bicolor.*

S. ariſtis nudis, ſeminibus obovatis baſi barbatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 24. *

Zweyfarbiges Pfriemengras. W.

Habitat in Braſiliae *monte* Video.

10. STIPA *avenacea.*

S. ariſtis nudis, calycibus ſemen aequantibus. *Sp. pl.* 116.

Andropogon folio ſuperiore ſpathaceo, pedunculis lateralibus oppoſitis unifloris, ariſtis flexuoſis. *Gron. virg.* 133.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 453.
Haferartiges Pfriemengras. W.
Habitat in Virginia.

Culmi *tenues.* Folium *ſummum ventricoſum longitudine paniculae.* Panicula *pedunculis conjugatis, unifloris.* Calycis *gluma uniflora, pallida, bivalvis, aequalis. Corollae ariſta terminalis, contorta, baſi articulata, nuda, longitudine pedunculorum. Gramen hoc Avena ſativa minus eſt.*

11. STIPA *membranacea.*

S. pedicellis dilatatis membranaceis. *Sp. pl.* 116.
